

# L. VITRVVII, ROSCII, PARMENSIS,
de modo docendi, atque studendi, ac de cla
ris puerorum moribus Libellus
Quàm utilissimus.

## Leonardi Puteì, Venetì, ad Libellum
## Hendecasyllabon.

Culte, tempus adest, Libelle tandem.
In manus properes peritiorum:
Facundo simul ut loquaris ore,
Quo fiant Iuuenes modo disertì.
Quid dentes canis appulæ uereris?
Nasum Rhinocerotis et maligni?
I, felix: timeas nihil Libelle.
Nam tibi optimus omnium patronus
FLORIVS, patriæ decus perenne:
Atque idem Latiæ decus Camœnæ, est,
Qui te perpetuum beet in æuum.

.18.

L. Vitruuius, Roscius, Floriano Cedroplanio, Bo-
nonienſi, Viro Ampliſſimo S. P. D.

RErum omnium Scriptores, qui et priſcis, et noſtris etiam temporibus in aliquo ſcientiarum genere clarueũt, quique omnibus de rebus tum grauiter, ac ſplendide, tum ornate, copioſeq; diſſeruerũt, cum aliquod opus ex ſuis primitijs ædituri eſſent, illud nimirum clariſſimis, ac præcellentibus uiris duplici de cauſa eos dedicare conſueuiſſe comperio. Primum quidem propter præcipuam in ſe beneuolentiam, ac ſummam liberalitatem, tum uerò ob maximam nominis, ac famæ celebritatem, quam apud omneis uirtute, ac rectè factis adepti ſunt. Et id quidem, quo præclariſſimo patrocinio ſe ſe ab inuidorum, obtrectatorumq; maledicẽtia, quoad eius fieri poſſet, tuerentur, ac ſui memoriam nullo temporis interuallo interituram apud poſteros relinquerent. Quæ res ſanè cum me nequaquam lateret, et hoc opuſculum emittere ſtatutum in animo haberem, doctorum hominum ueſtigijs inhærere, illoſque in eiuſmodi æditione imitari haud alienum à re noſtra iudicaui. Nam cum multum, diuque mecum ſedulò cogitarim, cui nam uigilias haſce meas potiſſimum nuncuparem, Tu mihi ex omnium numero candidissime. FLORIANE occurriſti: non minus ob munificentiam, qua erga me ſemper cumulatiſſime uſus es, quàm ob tui nominis amplitudinem, qua oẽs excellis, et pſtas: quaq; ubiq; gentiũ clariſſimus haberis, qui tali munere dignus uidereris. Libellũ noſtrum, quem iuuandorum adoleſcentium cauſa lucubrauimus, te auſpice, et ſub tui nominis nuncupatione ĩ lucem prodire uolui: Maximam enim ex tuo nomine ſcriptis noſtris authoritatẽ acceſſuram confidimus. Quem profectò ſi nulla alia de cauſa, ob meam ſaltem in te ob-

seruantiam tibi non iniocondum fore arbitramur. Eum igitur Libellum tuæ amplitudini dicaui, non ut aut tuis in me quàm plurimis beneficijs hoc tā leui munusculo satisfactum uelim, cum me tibi omnia debere putem, atque profitear: aut nostro præconio tuarum uirtutum præclarissimæ actiones clarescerent: quæ per se ita niteant, ut nulla fermè uerborum accessione magis illustrari posse uideantur: sed potius ut is tuo fretus patrocinio, in lucē tutius prodire posset: et mei erga te animi promptissimi significationem, magnamq́; cordis beneuolētiam haberes. Tuo igitur præsidio protectus, tuoque titulo decoratus, in hominum manus progredietur: nec inuidorum morsus pertimescet. A deò enim huius nostræ tempestatis uaria sunt palata mortalium, adeò absurda iudicia, adeò morosa ingenia, ut quæq́; uel eruditissima suis fœtoribus conspurcare non cessent. A deò omnia naso suspendunt adunco, ut effeni audatia literarum apices impetere, ac oblinire minime uereantur. A deò eorum est indomita colubrinæ linguæ colluuies, ut in cōuitia semper os habeant armatum, et spumantibus labris, effrenatisquæ conuitijs audeant uiros de re literaria optime meritos uellicare. A deò huiusmodi linguaces rabulæ tuberoso ore, ac quodā stultitiæ propemodum authoramento intumescere uidentur, ut in aliorum uel minimis uitijs acutum cernant, ut Epidaurius Serpens, in proprijs uel maximis lippiant, nec uideant manticam in tergo pendētē. A deò huiusmodi cauillatores dicacissimi suæ inscitiæ telo eruditos uiros inuerecunditer proscindunt, et pessimæ linguæ uirulentia lancinant, cōfigunt, taxant, ut mille strophas comminisci semper nitantur. Qui cum se confossos, ac prostratos uident, ad duo illa saxa Attica, uidelicet impudentiam, et contumeliam defugiunt. Non erubescunt peruicaces Momi, duræ frontis Zoili, Agathomastigæ uirulēti Lynceos cæcos appellitare. Qui aduer

sis musis, et nullo Apolline latrant. Qui de pectoris barathro cænosam spurcitiem, quam semper obolent, euomentes, sacris, ac detestabilibus uerbis utuntur. Semper sunt inuidi, semp inuidiæ tormẽtis tabescũt: Queadmodũ juxta Græcorum adagium. Simia semper est simia, etiam si purpura uestiatur. Tibi, inquã, Floriane nobilissimorũ optime (ut ad te diuertamus) labores hosce nostros nuncupandos esse uolui. Quem, ut est uidere, maxima in rebus agendis prudentia comitatur, iustitia exornat, temperantia illustrat, animi fortitudo adeò omnium præclarissimum reddit, ut ad imortalem gloriam nihil tibi deesse uideamus. Si grauitatem perpẽdimus, ueteres Areopagitas inspicio. Si morum integritatem intuemur, Aristidem uidere me puto. Si uictus, cultusque sobriam, ac mundam frugalitatem consideramus, priscorum Lacedæmoniorum mores se se nobis repræsentant. Si continẽtiam contemplamur, Scipionis imago animo obuersatur. Accedit ad hasce animi dotes elegans forma, siquidem à Platonico Porphyrio repetitum est, Species Priami digna erat imperio, oris probitas, regius splendor, cultissimus sermo, benignitas, ac munificẽtia quàm maxima. Hanc enim peculiariter amplexaris. Hanc unam hoc temporis penè intermortuam reuocas. Nihil enim tam angusti, tanque parui animi esse ducis, quàm amare diuitias: Nihil honestius, magnificentiusque, quàm pecuniam contẽnere. Et regalius esse, inqs cũ Ptolemæo Lagi filio, ditare, quàm ditescere. Quid in te nõ mirabile? Quid non conspicuum? quid non omni laude dignissimum? Te siquidem incredibilis animi bonitas, maxima æquitas, ingenita humanitas, magna in omnes bonos, ac bonorum studiosos beneuolentia, atque animi propensio, singularis sinceritas, atque germana mens, denique uirtutum omnium cumulus adeò exornat, ut meritò ubique locorum, ubique gentium prædiceris, et

summis laudibus in cœlum usque extollaris. Natus ad pietatis augendæ summum studium, ad honestatem, ad mansuetudinem, ad probitatem, ad modestiam, ad fidem seruandam. Optimus, clemens, iocundus, grauis, literatorum constantissimus fautor, graui seueritate constans, apertæ frontis homo, simultates omnium contemnens, neminem iniuria afficiens. Charus patriæ, charus ciuibus, charus omnibus, sed longe sacro ordini tuo charissimus. Adeo comis, adeò politioribus moribus præditus, ut neminem tibi anteponam, cõparem paucos. Sed quid immoror in re confessa? Solus habes laudum quicquid possedimus omnes. Ac tãtum inter cæteros totius orbis terrarũ uiros emines, et excellis, Quãtum lenta solẽt inter uiburna cupressi. Verè Cedroplaniorũ familia dignus. Quam apud Bononienses ob rerum bene gestarum magnitudinem semper fuisse, et esse celeberrimam haud ignoramus. Et ex qua sexcentũ, tanquàm ex equo illo Troiano uiri prodiere. De cuis laudibus melius est silere, quàm pauca dicere, et nõ satis pro dignitate loqui. Sed ego tuas laudes alio tempore feliciori stylo celebrandas relinquam. Has enim id genus esse uideo, ut maximum multorum uolumen, nedum breuem, et sterilem hanc epistolam desyderent. Hoc igitur nec dignum, nec par tuæ amplitudini munus æquo animo, sereno uultu, hilari facie accipe, obsecro. Quod si tibi gratũ, et nõ iniocũdum cognouero, sublimi feriã sydera uertice: et te uindice uituperonum morsus uirulentos haud pertimescã. Interim paruo munere sis cõtentus. Quod enim pro tẽpore tibi darem maius, habui nihil. Et qui uirtutibus, laudatisq; moribus cumulatissime refertus es, tuum Rosciũ amore, studio, & officio cessurũ nemini, ut facis, ama.

## Angelici Grypi Bononiensis ad Lectorem.

Quisquis Mænaliæ choros palæstræ,
Et lusus cupis aureæ Mineruæ,
Hic pulsa ad nitidos mei Vitruui
Lares candidulos, et eleganteis.
Hic ludunt Charitesq́;, Gratiæque,
Hic spirant Zephyri tepentis auræ.
Surgunt undique rupe de uirenti
Narcissi lachrymæ, Thymique flores.
Quid longos petis Aonis recessus?
Hic pulsa ad nitidos mei Vitruui
Lares candidulos, et eleganteis.

## Ioãnis Aleni Cremonẽsis ad Discipulos, ac Magistros.

Hic ad Discipulos facit Libellus,
Nec non attinet ad bonos Magistros.
Monstrat quippe simul uiam studendi,
Multos quique latet modum docendi.
Quare uos Pueri, ac simul magistri,
Ne paucis pigeat parare librum
Nummis, quo nihil est magis petundum,
Rectè discere, uel studere qui uolt.

## Fortunati Monticuli ad Libellum.

Prodi docte liber, Libelle prodi,
Sed non ut timidi solent Libelli,
Quos manci metus arguit laboris.
Nam te Roscius optimus Virorum
Perfectum dedit, integrumq́; fecit.
Prodi docte Liber, nec inuidentis
Turbæ uerba time, nocensque uirus.
Prodi: tutus eris: Libelle prodi.

Iacobi Lebetii Ferrarienſis ad Studioſam Iuuentutem.

Tempore quæ multo, multo diſcenda labore,
  Ante alij ſcriptis impoſuere libris.
Quæ ſint diſcenti, quæ ſint ſeruanda docenti,
  Hic unus breuiter Roſcius arte docet.
Vtilior dubites, an doctior ille putandus:
  Nec qua ſit maior dicere laude queas.
Hoc igitur facilem ad muſas ſtudioſa iuuentus
  Hoc duce carpe, alijs qui cupis eſſe, uiam.

Cæſarei Zanchi Bergomatis ad Roſcium.

Quo te docta cohors ornabit munere Roſci?
  Et numero, et proſa tu Maro, tu Cicero.
Tu facis è rudibus ſapienteis arte Platonas:
  Virque breui per te tempore fiet, homo.
Viue ergo felix Cumeæ tempora Vatis.
  Inſtruat humanum ſic tua Muſa genus.

Nicolai Capelli Veneti ad Lectorem.

Deterrent, laudemq́; uetant ſperare ſequentes,
  Qui monſtrant aditus per iuga difficiles:
Et uelut effundunt rapidos de gurgite fluctus,
  Et uibrant pingues læta per arua faces.
Luxuriant, cæcamq́; trahunt præcepta per artẽ,
  Atque inter tumidum pectus anhelat opus.
At lenis graditur per amœnas Roſcius umbras:
  Et nihil eſſe docet diſcere commodius.
Hauri hunc, frugifero qui labitur aureus amne:
  Mulcebit cultos Palladis unda ſinus.

L. Vitruuii, Roscij, de ratione docendi, atque studendi, ac de claris puerorum moribus Libellus.

A Nteaquàm ad docendi, studendiq́; tradenda præcepta ueniamus, non alienum à proposito nostro fore uidebitur, si adolescētes ipsos admonuerimus. Primum, ut quã eis præceptor extrinsecus tradere non potest discendi cupiditatem, ipsi sponte per se arripiant: et ad hydropici cupiditatem se conforment. Cui, ut inquit Ouidius.

Quid pri... m... i adole... scētibus er... diendis re... rendū.

Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Oui. lib. ... Fasto.

Sic et ipsi, quò plura indies didicerint, eò plura percipiant: et tanquàm diuturnam sitim extinguere cupientes, incitentur. Teneantque illud assidue ante mentis oculos, quod Isocrătes præcipit. Si cupide, inquit, didiceris, multa quoque disces. Quorum habes doctrinam, ea perceptis adiunge doctrinis. Facile autem ad eam auiditatem se ipsos exhortabūtur, si eiusdem Isocrătis ad Demonĭcum scribentis uerba memoria tenebunt. Ne pigeat, inquit, longum facere iter ad eos, qui conducibile quidpiam docere profitētur. Turpe nanque fuerit mercatores tanta trãsire maria, quò cumulatiores opes efficiant, adolescentes uerò ne terra quidem sustinere proficisci aliquò, quatenus meliorem suam faciant mētem. Sciantq́; præterea adolescentes, nullam esse possessionem doctrina honestiorem, aut stabiliorē. Non enim gloria, qua nihil inaniu sesse Theophrastus dixit, non robur, non corporis ualetudo, non uelocitas, non formæ dignitas, non soboles, non clientelæ, non potentum agnationes, nō principatus, non regni amplitudo, non generis claritas, non auri, non argenti uis aliqua, non diuitiæ, nō opes, non gemmæ, non agrorum, prædiorum ue, pos

Isocrăte...

Arguit ... catiores, ... pigriores

Theoph... Seneca. Basilius. Plautus. Aristipp...

ſeſſiones, non fama, non ulla maiorum nobilitas, non dignitas hominem facit beatum, ſed ſola uirtus: Quæ ut iquit Seneca, nobis immortalitatem donare poteſt, et pares dijs efficere. Quæ ſola (ut author eſt Baſilius) et uiuenti et mortuo ſtabilis eſt, et firma poſſeſſio. Quæ non morbo, non uetuſtate deletur: Quæ fortunæ ictibus expoſita nõ ſubiacet, ſemper cumulatur, ſemper augetur, ſemper creſcit. Omnia enim habet, quem penes eſt uirtus, ut ſcribit Plautus. Quas enim res ſi non habent reges, felices non ſunt habendi: Inopes uerò ſi habent, ter felices, ac ter beati exiſtimandi. Ariſtippus ille ſocraticus, cum interrogaretur, quæ nã iuuenes oporteret diſcere, ea reſpõdiſſe fertur, quæ uiris uſui forent: ſapientiam utique, et doctrinam ſignificans. Quæ dura licet primum, et aſpera uideatur, ſuauiſſimos autẽ, ac ſtabiles, perpetuosq́; parit fructus. Cum contra uoluptatis blãdus, ac molliculus ingreſſus, amarus uerò ac pernitioſus longe ſemper ſit exitus. Voluptas ſordida, ac obſcœna res eſt, ac belluarum maxime propria, uel potius ipſa ſæua, et immitis bellua: inuentrix malorum, ac ſcelerum omnium, uirtutum expultrix, mentis, ac rationis inimica: quæ conſilium ĩpẽdit, interioris hominis oculos perſtringit: eundem de ſua ſede, ac ſtatu dimouet: omne animi lumen extinguit. Quam non immeritò Antiſthẽnes ſummum malum, et Critolâus peripateticus non ſummum modò malum, ſed multorum inſuper malorum cauſam, et originem, Plato etiam malorum omnium eſcam appellauerũt: Hieronymus animi, et corporis pernitiem: agreſtem, ac furioſam belluam Sophocles. Dominã blãdiſſimam Cicero. Inexpugnabilem belluam Diogẽnes Sinopẽus: Quòd ei, ut dicebat Heracletus, repugnari difficillimum ſit. Hanc momentaneam, et corruptibilem eſſe oſtendit Periander Corinthius: Hanc Cleobôlus Lydĩ

[Margin notes:]
[V]oluptas [be]lluarum [pr]opria.

[A]ntiſthẽ[ne]s.
[Cr]itolâus.
[Pl]ato.
[Hi]eronym⁹
[So]phocles.
[Ci]cero.
[Di]ogẽnes.
[He]racletus.
[Pe]riand[er]
[Cle]obôlus

us cunctis uiribus frenandam suasit: Hanc nobis doctissimi homines, et sapientissimi uiri omnes non minus quàm Charybdim, ac Scyllam fugiendã censuerunt. Anxie nanque appetitur uoluptas, sordide perficitur, paulo momẽto effluit, graues aculeos relinquit, sæuos dolores parit, totaq; denique à felicitatis ratione abhorret. Voluptatum appetitus, ut scribit. Aristoteles in tertio Æthicorum libro, insatiabilis est, stulto undique affluunt: et executio libidinis innatam cupiditatem exauget. Quin etiam si magnæ sunt, et uehemẽtes, mentem è suo statu dimouent. Quam ob rem mediocres illas quidem, rarasq; oportet esse: tales denique, ut rationi nõ aduersentur. Vt enim puerum oportet secundum pædagogi præcepta uiuere, ita cupiditas debet obedire rationi. hæc ille. Capitalẽ hominum pestem uocabat Archîtas Tarẽtinus uoluptatem: Cuius præclarissimam sententiam Cicero prosecutus est in Catone Maiore: uerba antem ipsius Ciceronis pro Archîtæ sententia hæc sunt. Nullã capitaliorem pestem, quàm corporis uoluptatem hominibus dicebat à natura datam, cuius uoluptatis auide libidines, et effrenatæ ad potiundum excitantur. Hinc patriæ proditiones, hinc rerum publicarum euersiones, hinc cum hostibus clandestîna colloquia nasci dicebat. Nullum denique scelus, nullum magnum facinus esse, ad quod suscipiendum non libido uoluptatis impelleret: stupra uerò, et adulteria, et omne tale flagitium nullis alijs illecebris excitari, nisi uoluptate: Cunq; homini siue natura, siue quis Deus nihil mente præstabilius dedisset: Huic diuino muneri, ac dono nihil tam esse inimicũ, quàm uoluptatem. Nec enim libidine dominante, temperantiæ locum esse omninò: nec uoluptatis regno uirtutem posse consistere. hactenus ille. Imperante uoluptate, florenteq; nequitia, inquit Boetius, uirtus nõ

Aristoteles lib. 3. æthi

Archîtas

Cicero in Catone Maiore

Nulla capitalior pestis quàm corporis uoluptas

Omnia mala ex uoluptate

ſolum præmijs caret, uerum etiam ſceleratorum pedi-
bus ſubiecta calcatur: et in locum facinorum luit ſup-
Plato. plicia. Plato ad Dionyſium in epiſtola ſic ſcribit. Sæpi-
us detrimentum, et dolorem affert uoluptas: hebetu-
dinem in animo, obliuionem, inſipientiam, et petulan
tiam pariens: et in ſeptimo de legibus ſic præcipit. Om
Plato lib. 7 de legibus. ni ratione, inquit, conandum eſt, ne pueritia in cani-
bus, et ſaltationibus noua unquam audeat imitari: Nè
ue ullus ad nouitatem pueros uoluptatum blandimē-
tis alliciat. Delitiæ moroſos, difficiles, iracundos, leui
ex cauſa excitabiles iuuenum mores efficiunt. Volu-
[I]socrătes. ptates, docebat Iſocrătes, eas tamtummodo amplectī
debemus, quæ cum gloria ſunt. Nam quæ ab honeſta
te non eſſent alienæ, optimas quidē: Contra uerò qui-
bus nulla honeſtas ineſſet, peſſimas affirmabat. Du-
ra eſt cum illis uirtute agendum, ſudore inſtandum:
[H]esiŏdus. quem ante eas Deos poſuiſſe tradit Heſiŏdus. Studen
dum eſt iuuenibus, ut nulli parcant labori pro aſſe-
quenda uirtute: quo duce ſibi gloriam immortalem
Horatius. comparabunt. Illud inquam, Horatij perpetuò memo
ria tenendum eſt.

Qui cupit optatam uitæ contingere metam.
Multa tulit, fecitque puer, ſudauit, et alſit.
Abſtinuit Venere, et uino.

Gregorius. Nazăzenus Oſtēdāt, inqt Gregorius Nazăzenus, iuuenes aduerſū
uitia fortitudinē ſuā: et in hoc utātur iuuētutis feruore,
uel iuuenilibus erroribus cedant: maturitate prudētiæ
laſciuiā ætatis uincētes, gratulabunt̄ pculdubio de hac
uictoria magis, quàm ſi fuiſſent in olympiaco certamī
ne coronati: uincent enim in illo ſtadio, uel theatro, in
quo humana certamina angeli ſpectāt: et corona eoꝝ
nulla ſenectute marceſcet. Habebunt nanq; non paruī
temporis, ſed æternam ſecuritatem, cum de hoc certa-
mine coronati abierint ad regionē uiuorum. Nec ab-

sterreat quemquam laboris difficultas. Quæ quantacunque sit, per assuefactionem tamen leuis, ac mitis fiet: tanta est eius uis, ut nihil nō durum domet, et mansuefaciat. Ferrum frequenti manuum attrectatione obteri, saxa quoq; crebro imbre cauari cernimus. Infœcundi sœpius agri, si diligenter sint culti, luxuriant: cōtraq; fertilissimi, si negligentius habeantur, degenerāt. Equi, qui lapidosis in locis enutriti sunt, securiorem induunt postea animum, nec asperiora unquàm ulla itinera aspernantur: Qui uerò palustria, et mollia loca incoluerunt, timidiores hi euadunt, nec temere salebrosis se, ac montuosis uijs credunt. hæc ille. Ita uiuēdum est adolescentibus inquit. D. Augustinus in libro de ordine contra Academicos, ut à uenereis rebus, ab illecebris uentris, et gutturis, ab immodesto corporis cultu, et ornatu, ab inanibus negotijs, ludoque, à torpòre, somnoque, pigritia, ab æmulatione inuidiæ, ab honorum, potestatumq; ambitionibus, ab ipsius etiam laudis immodicæ cupiditate abstineant. Amorem autem pecuniæ totius ipsorum spei certissimum uenenum esse credant. Nihil enormiter faciant, nihil audacter: inimicitias uitent cautissime, ferant æquissime, finiant citissime. In omni uerò contractu, cōuentioneq; cum omnibus satis est seruare hoc unum uulgare prouerbium: Non faciant, quod pati nolint. In omni autem uita, loco, tempore amicos habeant, aut habere instent. Obsequantur dignis, superbos non curent: Sint apti, cōgruenter uiuant: Deum colant, cogitent, quærant: spe, fide, caritate subnixi optent trāquillitatem, certumq; cursum studijs suis. Cur autem pecunias damnauit? nempe, quia diuitiæ, ut probè ait Isocrātes, flagitij, ac turpitudinis potius, quàm uirtutis, ac itegritatis ministræ, ac pedissequæ habentur: Fomēta ignauiæ, malorum subsidia, libidinum, ac uolupta-

D. Augusti.

Amor pecuniæ, uirtutis uenenum.

Prouerbiū.

Isocrātes.

tum incendia existunt: nocent probis, possidentur ab improbis: magnus in his cumulandis labor est, maximus in possidendis metus, summus quoque in amittendis dolor. Nam si diuitias, si facultates, si denique pecuniæ affluētiam perspicere uoluerimus, Quid obsecro, habent in se certi, quod non in fortunę casibus, ac mutabilitate non sit positum? Mortalium animos explere nequeunt, sufficere nunquam possunt: ut præclare Comicus Græcus Aristophănes, omnium rerū satietatem esse, diuitiarum uero nūquam satis cuiquā esse dixerit. Nihil est, quod magis uiriles animos eneruet, quàm cupiditas pecuniæ. Hinc Sallustius. Auaritia pecuniæ studium habet: quam nemo sapiens cōcupiuit. Ea quasi ueneni malis imbuta, corpus, animūque uirilē effœminat: semper infinita, et insatiabilis est: neque copia, neque inopia diminuitur. Diuitiarum desyderium, inquit Aristotěles libro politicorum primo, uadit in infinitū. Immensa est pecuniæ cupiditas: quæ non finit hominem esse diuitem: Nam quātò plura habemus, tantò plura habere optamus. Quoniam ut inquit Satyricus poeta.

Nihil certi in pecuniarum affluentia.

Aristophănes

Pecuniæ cupiditate animus eneruatur

Sallustius.

Aristotěles lib. 1. Poli.

Pecuniæ immensa cupiditas

Iuuenalis

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.
et Ouidius.

Ouidius li. primo Fast.

Creuerunt et opes, et opum furiosa libido.
Et cum possideant plurima, plura petunt.
Quærere ut assumant: absumpta requirere certant.
Atque ipsæ uitijs sunt alimenta uices.
Sic, quibus intumuit suffusa uenter ab unda.
Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Nunquam, inquit Cicero in paradoxis, expleri potest cupiditatis sitis: cupiditatibus enim modus est adhibēdus: ita uiuendum est, ne aut sordidi uideamur, aut nimium elegātes. Diuites, scribit Plato libro quinto de legibus, autem ualde, simulq; probos esse impossibile

Cicero ī Paradoxis,

Plato li. 5. de legibus.

est. Fieri non potest, ut diuitijs aliquis praestet, et probitate. Nemo dignus, inquit Seneca in epistolis, nisi qui diuitias contempsit. Commutabilia membra sunt diuitiae, ut tradunt Stoici, et fortunae ludibria. Quae modò huc, modò illuc transferuntur. Illud in primis arguit rerum humanarum labem, ac nostrorum temporum foeditatem: Quod à Satyrico poeta non ueré, sed per stomachum, atque animi indignationem dicitur.

Seneca in epistolis. Stoici

Sanctissima diuitiarum
Maiestas:

Iuuenalis Satyra pri

Et aliud rursum.

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca,
Tantum habet et fidei.

Iuuenalis Satyra. 3.

Neque sancti quicquā possunt habere diuitiae: quae illa quoque, quae sancta sunt, labefactant saepissime, atque corrumpunt

Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

Dictum est à diuino Marone. Ad magna plerunq; flagitia, ac scelera inuitant, cogunt, impellunt diuitiae. Quod quidem ex animo dolens elegantissimus elegiaci carminis author Propertius inquit.

Virg. lib. 3 aeneidos.

Propertius

Auro pulsa fides, auro uenalia iura.
Aurum lex sequitur: mox sine lege pudor.

Fides uerò quam societatem cum diuitijs, quod cum pecunia potest hebere commertium? Fides, ut asserūt Stoici, iustitiae esse fundamentum dignoscitur: per quā humana conciliatio, ac societas conseruatur. Cum è contrario liqueat ab externarū rerum possessione bella, seditiões, discordias, inimicitias, odia, dissensiones conflari: quae in primis hominum coetus, atque concilia ad perniciem saepè, interitumque perducunt.

Stoici. Iustitiae fundamentum Fides

Aurū scribit Plynius, ad pernitiem uitae repertum est. Hinc Ouidius.

Plynius
Ouid. lib. Metamor

Aristoteles lib.8.Polit. Socrates.

Et ferro nocentius aurum.

Nobilitas generis, inquit Aristoteles libro politicorum octauo, et diuitiæ sunt principia, et fontes seditionũ. Opes, inquit Socrates, atque nobilitatem non solum nihil in se habere honestatis, uerum et malum omne ex eis oriri. Hinc Iuuenalis.

Iuuenalis Saty. 10.

Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat: et cuncta exuperans patrimonia cẽsus.

Chrysostõ. Home. 68. Diuitiæ malorũ cium causa

Quousque, scribit Chrysostomus homelia lxviii. pecuniarum amore ferimur? nõ desisto aduersus eas clamare: Eæ nanq; sunt omnium malorũ causæ: Quousque satietatem non capimus inexplebilis huius satietatis? Quid habet aurũ boni? in hoc cõsternatus sum. Fascinatio quædam est huiusmodi res. Vnde subrepit hæc orbi terrarum ægritudo? Quis eam exterminare poterit? Quæ res hanc ferã difficilẽ eliminare? Quæ perdere armatura? hæc ille. Diuitias, ait Possidonius, esse cãm maloꝝ: non q̃a ipsæ faciunt aliq̃d, sed q̃a facturos irritant. Hinc elegãter Propertius, et uerè cecinit.

Possidoni⁹ Propertius.

Ergo sollicitæ tu causa pecunia uitæ es.
Per te immaturum mortis adimus iter.

Aristoteles.

Quidã ob diuitias, inq̃t Aristoteles ꝑiere. Cui cõcinit dogma Ecclesiasticũ. Qui uolũt, inq̃t, diuites fieri, incidũt in tẽtationẽ, et muscipulas, et desyderia m̃lta: quæ mergunt hominẽ in interitum. Ex auro enĩ, ut paucis cõcludam, et auri cupiditate immodica omnia mala, seditiones, bella, insidiæ, et iugulationes hominibus accidere solẽt. Ex Lycurgi instituto Aureus nummus eliminatus est ex urbe Sparthana. Quarè ꝯuertamus nos igitur ad animi uera bona, quæ uerè bona, atque expetenda sunt bona: quæ nos beatos faciunt: qualia sunt bonarũ artium studia, literarum disciplinæ: quæ perpetuò durant: quæ hominem sepãrant à natura ferarum: quæ animos illustrant, excõlunt, ornant: quæ

Lycurgus aus literarum.

beatos

beatos homines reddũt: quæ omni ætati cõueniũt: quæ utranque fortunam iuuant: quæ mores confirmant: quæ domos, quæ, familias, quæ res publicas, quæ principatus, quæ regna, quæ magistratus gubernant, ac tuẽtur, ut bene dixerit Plato. Beatas respublicas, in quibus aut philosophi regnant, aut reges philosophantur. Oportet enim principem esse prudentem, peritum, et literis apprimè eruditum. Hinc Mago, Hiero, Attalus, Iuba, hinc Cæsar, hinc Augustus. Qui non minus eloquentia, eruditione, et studiorum claritudine memorabiles extitere, quàm regno, et imperio. Vnde Homerus. Calliope regum comes est Ioue nata parente. Olim à Senatu Romano acclamatum est in curia in laudem Taciti imperatoris. Quis melius, quàm literatus imperat. Amplexamini igitur iuuenes, amplexamini, inquam, bonarum artium studia, atque ingenuas disciplinas, dum molliora sunt ingenia, et animi ad formandum faciles. Quibus non modò temporis iacturam, qua et nullam maiorem esse Zeno stoicus dixit, euitabitis, sed quo insuper modo Deum uenerari, uoluptates despicere, flagitia detestari, modeste, sanctéq; uiuere, parentes colere, patriam seruare, uirtutes amplecti debeatis, facile, ac liquidò intelligetis. Versetur que illud in pectore Græcorum adagium. Æthiops senex literas non addiscit. Mementote, quæso, iuuenes, quod scribit Auerrões. Qui non est, inquit, scientiæ institutus laudibus, tam homo est, quàm quem artificis manus effinxerint. Indoctus homo, id est sapientiæ inops, literarum expers, uirtutum indigus, imperfectus quidã, et ut ita dixerim, inchoatus homo est. Bene usurpant Græci prouerbium illud. Homo illiteratus infructuosa est arbor. Aristotẽles aliquando

Pla. li. 5. de Republica.

Literat⁹ sit princeps

Homerus. Calliope regũ comes.

Hortatio ad iuuenes

Nulla maior iactura quàm tpis amissio Zeno

Prouerbiũ.

Auerrões

Adagium Aristotẽles

*Docti ĩ quo differant ab indoctis.*
*Ariſtippus*
*Socrătes*
*Sapiens inſipienti quid intereſt.*
*Hoĩes ad capeſſendá uirtutem nati.*
*Ariſtotěles.*

interrogatus, quǒ docti, ab indoctis differrẽt, quǒ inquit, uiuentes à mortuis. Non immeritò ab Ariſtippo dictum fuiſſe dicitur: Quò domitus equus, ab indomito. Itaque rogatus Socrătes, quid ſapiẽs ab inſipiente differret, Mitte, inquit, ambos nudos ad incognitos, et diſces. Homines eñ ad capeſſendam uirtutem, et rerum ſcientiam nati ſunt: Quæ res illos una præcæteris omnibus à belluis diſtinguit. Quo circa Ariſtotěles, ubicũque moraretur, amicis, ac diſcipulis dicere conſueuit, Animum à diſciplinis liberalibus lumen accipere, aſpectum uerò à continenti aere: Quando rationalis animæ lumẽ cognitio eſt: ſine qua hominum uita cæcutiat in tenebris, neceſſe eſt. Sola hæc res eſt, ut idem philoſophus ait, quæ in ſecundis rebus ornamentum, et in aduerſis perfugium præſtat: ad ſenectutem, atque ingraueſcentem ætatem optimũ uiaticum eſt. Nulla enim ſatis eſt ætas ad perdiſcendum. Nunquam iuuenes à diſcendi ſtudio, honeſtisq́; artibus, præclariſſimisq́; actionibus feriandum eſt: Sed iugi meditatione potius percipiendæ doctrinæ acriter incumbendum. Ornabunt uos denique ſtudia, ornabunt uos literæ, reddentq; uos denique excultos: uos, inquam, quàm maxime gratos omnibus honeſta bonarum artium otia efficient. Gloriari ſolitus eſt Solon, qui ſe quotidie diſcentem aliquid, dicebat ſenem fieri. Iulianus iureconſultus diſcere ſe uelle, pfitebatur, etiam ſi alterum in ſepulchro pedem haberet. Efficiendum nobis eſt, ut omni ſtudio, totis uiribus, et accuratiſſima opera animum excolamus. Thales Mileſius, ut hinc animi præſtantiam, inde frugalitatem corporis indicaret, nõ componere faciem, ſed bonarum artium ſtudijs animum excolẽre, præclarum eſſe dicebat. Siquidem animum diui

*Ariſtotěles.* (beside "nebris, neceſſe eſt...")
*Adiſcendi ſtudio non feriandum.* (beside "enim ſatis eſt ætas...")
*Solon* (beside "Solon, qui ſe quotidie...")
*Iulianus iure conſul.* (beside "nem fieri. Iulianus...")
*Aĩus uirtutibus excolẽdus.* (beside "ret. Efficiendum nobis eſt...")
*Thales* (beside "frugalitatem corporis...")
*Aĩus diuini* (beside "re, præclarum eſſe dicebat...")

nitatis participem habemus, corpus uerò commune cũ belluis. Ita animi imperio, corporis seruitio magis utimur, ut probé ait Sallustius. Species animi omni studio, omni denique industria exquirenda est, corporis forma contemnenda. Forma autẽ ipsius corporis ꝓ nihilo prorsus habẽda est. Hæc, ut ait Isocrátes, uel ætate deletur, uel aliqua ui morbi languescit: et paulo momento, quæ maxima uidebatur, tenues uanescit in aures. Quã Thophrastus tacitam deceptionem, Bion alienum bonum, Socrátes non modici temporis tyrannidem appellarunt. Quæ et si est rapida, uelox, et uernalium florum mutabilitate fugatior, ut inquit Boetius, tamẽ donum deorum esse dicitur à Paryde Homerico. Enitendum est iuuenes, ut uirtutis alis admotis illò tandem expeditissimum iter arripiamus, ubi beati, ubi felices, et æuo sempiterno fruuntur. Tanta est enim uis, et gratia uirtutis, ut lætos semper, laudeq́; omni abundè cumulatos suos possessores efficiat.

tatis particeps. — Sallustius. — Aĩ spẽs exq̃renda. — Thoephra. — Bion — Socrátes — Boetius — Forma deorũ donum — Hortatio ad iuuenes

Sola enim uirtus, quæ perpetua, æternaque permănet, (cum cætera infirma, ac instabilia habeantur,) ac bonarum doctrinarum institutio hominẽ beatum, ac felicem reddit. Interrogatus Socrátes, an Persarũ rex felix sibi uideretur. Nescio, inquit, quantum ualeat uirtute, et doctrina. Aristippus rogãti cuidam, quonam melior euasurus esset filius, respõdit, si erudiretur: et si nulla alia re certe uel ĩ theatro, nõ sedebit lapis super lapidem. Nulla dubio procul felicitas putanda est, quæ uirtute, quæ literis, quæ bonarum artium eruditione careat: quæ ingenuis disciplinis non sit ornata. Teipsum felicem facies, inquit Seneca, si intellexeris illa esse bona, quibus uirtus est admixta, et turpia, quibus malitia est admixta: Lauda hominem in eo, quod nec dari, nec

Sola uirtus hoiem beatum reddit. — Socrátes. — Aristippus. — Nulla felicitas sine uirtute

eripi poteſt, et quod eſt propriũ hominis: Sed hoc nec eſt domus, nec ueſtis pulchra, nec familia formoſa: ſed uirtus, animus, et ratio pfecta. Si laudas aliquẽ, ſcribit Apuleius de Deo Socratis, qa generoſus eſt, parentes laudas: Si laudas aliquem, qa diues eſt, hoc fortunæ debetur: Si laudas aliquẽ, qa ualidus eſt, ægritudine fatigatur: Si laudas aliquẽ, qa uelox eſt, in ſenectute abibit: Si laudas aliquem, qa formoſus eſt, expecta modicum, et non erit. Si laudas eũ, quia bonis moribus, et artibus doctus eſt, et ualde eruditus, et quãtum licet homini, ſapiens, tunc ipſum uirum laudas: quia nec à patre hæreditarium, nec caſu pendulum, nec ætate mutabile, nec à corpore caducũ poſſidet. Quare ſanctiſſime admonebat adoleſcentes Bias Prieneus, ut uiaticum ſibi ad ſenectutem, ſapientiam, et uirtutem compararét: Quòd ſola uirtus eſſet uera, certaq́; poſſeſſio. Quanta enim cuiuſq; uirtus extiterit, tam magnã apud homines gloriam cõſequetur. Cætera omnia dicebat Heſiodus, non magis poſſidentiũ ſunt, quã cuiuſq;, ut in talari ludo huc, et illuc trãſeuntia. Solon, non permutabimus, inquit, cum uirtute diuitias: quoniam uirtus firma eſt: diuitias uerò alias alius poſſidet. Iſocrates ſic admonebat Nicocleum. Stude pulchram gloriam, ſtude, inquam, uirtutem potius, quàm magnas diuitias relinquere filijs: Hæ quippe mortales ſunt, illa uerò immortalis: Gloria pecunijs non emitur, ſed ab excellentibus poſſidetur ingenijs. Interrogatus Plato, quæ filijs comparanda, et relinquẽda eſſent, reſpondit: quæ nõ grandinem, non uim, non ipſum deniq; Iouem extimeſcerent. Hic profectò, ut idem inquit, appellatur nobilis, cui non aliena, ſed ſua uirtus ad nobilitatem opitulatur. Nobilitas, ut ſcribit Ariſtoteles in quin-

Apuleius

Bias

Virtus uera certaq; poſſeſſio.

Heſiodus

Solon

Iſocrates

Quæ filijs relinquẽda

Gloria à q. bus poſſidetur.

Platonis dicterium.

Nobilis qs dicatur

Nobilitas

to politicorum libro, est uirtus. Idem in quarto. Aristo. li. 5. Politicorū.
Ingenuitas, siue nobilitas est uirtus. Quandoqui- Ari. li. 4. politicorum.
dem nobilis, ac generosus sit, ut scribit Seneca, Seneca.
ad uirtutem bene à natura compositus. Quintilia- Quintilia. qs generosissimus.
nus, quis, inquit, generosissimus? nonne qui opti-
mus? nō qui celebritate nascēdi, sed qui uirtute ma-
xime excellit: cui subscribit illud Phalaridis. Ego au- Phalaris.
tem unam generositatem noui uirtutē: quæ melius
armat hoies, quàm cætera arma. Hinc Iuuenalis. Iuue. Sat. 8.

Tota licet ueteres exornent undique ceræ
Atria: nobilitas, sola est atque unica uirtus.

Sola enim uirtus, scribit Seneca, præstat gaudium Seneca. Virtus nemini ꝑcluditur.
perpetuum, et securū. Nulli uirtus est præclusa, om-
nibus patet, omnes admittit, omnes iuitat, egenos,
seruos, reges, et exules: non exigit donum, nec cen
sum: sed nudo homine contenta est. Nihil est enim,
ut scribit Cicero ad Dolobellam, mihi crede, uirtu- Cice. i epl̄is
te formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Idē
in libro de natura deorum. Propter uirtutē, inquit, Cicero de natu. deorū
iure laudamur, et in uirtute iure gloriamur. hæc il-
le. Quàm dulcis, quàm iocunda sit uirtus, nūquā
satis quisquam explicare potest. Hæc uia est in cœ- Veř diuitiæ quæ sunt
lum, et in felicem beatorum cœtum nos perducit.
Veræ diuitiæ sunt uirtutes: uera enim animi bona, Veř diuitiæ in qbus sitæ
uirtutes appellantur. Veræ diuitiæ nō in signis mar
moreis, non in uasis Corinthijs, non in Scyphorū,
poculorumq; uarietate, non in locupletibus fundis
consistunt, sed sitæ sunt in possessione uirtutis, hone
statis, et officij. Iure ergò ac meritò reliquis uirtuti-
bus omnibus uirtutem anteponēdam censuerunt:
quam qui negligit, is dubio procul ex hominū cœ
tu, & conciliatione repellendus est. Nec uirtutem sa Virtus cur iuestigatur.
tis est nosse, quæ à nobis idcirco summopere inue-
stigatur, ut ait Aristotelēs, ut boni efficiamur, sed Aristotēles

Laus ĩ quo consistit. ad exercitationem quoque accomodãda est. Quã-
Cicero doquidem omnis eius laus, id quod oratorũ prin-
Virtus qb⁹ rebus acquiritur ceps Cicero tradit, in actione consistit. Acquiritur
Sardanapalus enim uirtus nõ somno, non plumis Sardanapali,
sed uigilijs: non ocio, sed cura: nõ uoluptatibus, sed
Hesiodus. laboribus ut ex Hesiodo docuimus. Sed ne ab insti-
tuti proposito discedamus, ad id reuertendum est,
unde digressi sumus. Quòd si ætatis imbecillitate
non eam animi prudentiã habebunt, ut id animad-
Parẽtũ officiũ erga liberos. uertere queant, parentum erit officium, ad id blan-
dis uocibus teneras illorum aures assuefacere, et
quibusdam minis à uoluptatibus deterrere: ut q̃d
ab ĩfantia imbiberint desyderium, cum ætate simul
accrescat: et cum adulti uoluptatũ sermones audie-
rint, quasi adhuc paternæ uocis auribus insonẽnt,
eos ut uenena horreant, ac detestentur. Sed ad pa-
Nõ cædendos esse nimiũ liberos rentum officium erga filios pergamus. Adhiben-
dus est igitur parentibus modus: ne minis, aut con
tumelijs nimis, ne'ue plagis eorum filij cædantur.
Qui quidem parentum error adeò inualuit, putan
tium minas, et uerbera ad optimam filiorum insti-
tutionem magnum adiumentum afferre: Cum con
trà tantus illis persæpè metus incutitur, ut nec faci
le ad maiorem ætatis pueritiã auelli queat. Scribens
D. Ambro. ad Sisinnium. D. Ambrosius, Fecisti inqt, quod bo
ni parentes, ut filio citò ignosceres: Nam antequàm
rogareris, non erat ignoscere, sed factum probare:
Deinde diutius ueniam differre: et tibi acerbum, et
Plyni⁹ Cæ. illi inutile: Monens quoque Plynius Cæcilius quẽ-
dam seueriorem patrem, ne filiũ suum durius, acer-
biusq; tractaret. Cogita, inquit, et illum adolescen-
tulum esse, et te fuisse: atq; in hoc, quòd pater es, eni-
tere, ut memineris te hominem esse, et hominis pa-
Axõnem fi trem. Axõnem equitem Romanum, dum filium fla

gellaret, occidiſſe legimus: quem tanti mali ĩdignatione cum omnis populus, patres ſimul, et filij excitati graphijs in foro confoderent, uix illum Augusti Cæſaris, quamuis ſumma, authoritas liberauit. Quarè parentes ita caute, ita prudenter filios ſuos edūcant, ut ne tanquàm aſellos, eos cædant: nec blanditijs qbuſdam ineptiſſimis tanquàm catellos, qui delitiarum cauſa habētur, corrumpant: Sed media gradientes uia, eos nunc blande, nunc ſeuere, ut cuiuſq; rei, uel temporis ratio poſtulat, moneāt. Qui diligit filium ſuum, inquit ſacra ſcriptura, aſſiduat illi flagella: ut lætetur in nouiſſimo ſuo, et non palpet proximorum hoſtia. Qui docet filium ſuū, laudabitur in illo, et in medio domeſticorum in illo gloriabitur. Equus indomitus, euadet durus: et Filius remiſſus, euadet p̄ceps. Lacta filium tuum, et pauentem te faciet: Lude cum eo, et contriſtabit te: non corrideas illi, ne condoleas, et in nouiſſimo obſtupeſcent dentes tui: Non des illi poteſtatem in iuuētute, et ne deſpicias cogitatus illius. Curua ceruicem eius in iuuentute, et tunde latera eius, dum infans eſt, ne forte induret, et non credat tibi, et erit tibi dolor animæ. Doce, filium tuum, et operare in illo, ne in turpitudine illius offendas. Item. Virga, atque correctio tribuet ſapientiam: puer autem qui dimittitur uoluntati ſuæ, confundet matrem ſuam. Ante omnia opus eſt, inquit Plutarchus, ut patres non ſolum nihil peccando, uerum etiam honeſta ſingula peragendo, manifeſtum ſeſe filijs exemplar exhibeant. Vt in eorum uitam, quaſi quoddam ſpeculum intuentes, ab operum ſimul, et ſermonū turpitudine ſe penitus auertant. Nam ſiquis delinquentes obiurgat filios, tum is in eoſdem illabitur errores: hic ignorare uidetur, ſub illorum nomine ſua ſe

filiū uerberā do ĩpruden ter occidiſſe

Filius remiſſus euadet p̄ ceps.

Docēdus filiꝰ eſt à pře.

Plutarchus

Aristoteles
Qui parentes honorabiliores
Hieronym⁹
Quitilian⁹.

increpare crimina: Et ut subcincte dicam, qui uitam improbe degunt, hi nullā in seruos, aut liberos increpandi licentiam agunt. Ad comparādā filijs modestiam danda opera est. Parentes, inquit Aristoteles, qui liberos erudiendos curassent, longe honorabiliores esse his, qui solum genuissent: Hos enim uiuendi tantum, illos etiam bene, beateq; uiuendi authores esse. Non est parui, inquit Hieronymus, apud deum meriti, bene filios educare. Vtinam, inquit Quintilianus, liberorū nostrorum mores nō ipsi perderemus: īfantiā statim delitijs soluit mollis educatio, quam indulgentiam uocamus. Omnes neruos mentis, et corporis frangit. Quid nō adultus concupiscet, qui in purpuris repit? Iam coccum intelligit, iam conchylium poscit. Gaudemus, siqd licentius dixerit. Verba nec Alexandrinis quidem permittenda delitijs, risu, et osculo excipimus. Nec mirum, nos docuimus, ex nobis audierūt. Nostras amicas, nostros concubinos uident: Omne conuiuium obscœnis canticis obstrĕpit: pudenda dictu spectantur. Fit ex ijs consuetudo, deinde natura. Discunt hæc miseri, antequàm sciant uitia esse: Inde soluti, ac fluentes non accipiunt ex scholis mala ista, sed in scholas afferunt. hæc ille. Debeant parētes mirum in modum eniti, ut se uirtutum omnium genere exornent, ut quæ à parentibus eorum liberi fieri conspexerint, ad unguē etiā ipsi facere assuefiant. Quàm rectè apud Senecam quidā adolescens luxuriosus contra patrem luxuria insanientem declamat: qui uitæ suæ exēplo se corruptum affirmabat. Quis, inquit, imperator ab hoc de prælio fugit, ut bene pugnaret exercitus? nō coercet uitia, qui prouocat: meam quoq; luxuriam patri imputabo: non sub uera fui disciplina, nō sub bene institutæ domus

Ex parentū uitijs pueri discere solēt

Parētes ornent se uirtutibus.
Seneca
Filij patres Imitantur

lege, quæ posset adolescentis formare mores, et à uitijs ætatis abducere: quēadmodum ad luxuriam à patre præmissus sum. Est enim consectarium, ut si pater malus, filius etiam pessimus, aut paterna uestigia saltē consectetur. Hinc Iuuenalis Satyra. 14.

Pr̄ malus filius etiā pessimus.

Iuue. sa. 14.

Si damnosa senem iuuat alea, ludit et hæres
Bullatus, paruoq; eadē mouet arma fritillo.

Quicquid exemplo fit, id iure fieri creditur, author est Cicero ad Seruiū Sulpitiū. Plurimū enim exēpla domestica nocent: cū omnia mala exēpla noceant. Sit, iquit Archytas, pater filijs uirtutum exemplar. Scias necessarium esse, inquit Epictetus, qui cū inquinato conflictatur, et ipsum inquinari. Exemplum unum, inqt seneca epistola. 7. aut luxuriæ, aut auaritiæ, multum mali facit. Hinc Iuuenalis Satyra. 2.

Quicquid exēplo fit, id iure fieri creditur.

Cicero

Archytas.

Epictetus.

Vnū exēplū multū mali facit

Iuue. sat. 2.

Vuaque conspecta liuorem ducit ab uua.

Discant itidem parentes salubribus monitis filios educare. Discant à molliculis blanditijs, palpationibus, adulationibus, et assentationibus abstinere: ne eos sui similes reddant, atque assuescere doceant: ut quicquid olim uel dixerint, uel egerint, licere sibi usquequaq; arbitrentur. Tanta est adulationis pestis, ut quicquid reges delirēt, ac principes, ex istorum maxime lenocinio oriatur. Quod animaduertens Antisthēnes Atheniensis, Satius esse dicebat, cum necessitas urgêret, in coruos, quàm in assentatores incidere: Quòd illi mortuos, hi uiuentes deuorēt. Desertos enim aiebat Crates Thebanus, qui cum assentatoribus essent, non secus ac uitulos, cū inter lupos sunt. Isocrătes sic admonebat Nicoclēū. Da libertatē bene sentientibus, ut habeas authores, et comprobatores eorum, de quibus ambiges: considera illos, qui bona arte assentantur, et adulātur: nec non illos, qui bona mente obsecuntur, ne mali

Nō adulandū ē liberis

Antisthēnis dicterium

Crates

Isocrătis pceptum

plus habeant, quàm boni. Idem Demonicũ sic hortabatur. Odio tibi sint adulatores, tanquam deceptores. Ambo enim iniuria illos afficiunt, qui faciles aures patefaciunt. Caute, dicebat Solon, singulos obserua, ne forte odium in corde tegant, dum blanda, et arridenti facie te alloquuntur. Duplaque illis lingua atra ex mente sonat. Adulationes inde côras pellendas esse dicebat Augustus. Assentatio, inquit Cicero, nemini nocere potest, nisi ei, qui eam accipit, atque delectatur. Scribit. D. Hieronymus. Adulatores, ut inimicos caue: Quorum sermones super oleum molles, et ipsi sunt iacula. Corrumpunt fictis laudibus animas leues: et male credulis mentibus blandum uulnus infigunt. Creuit hoc in nostra ætate uitiũ, et in ultimo fine stetit, nec augeri potest. In hanc omnes nos scholam, studiumq; dedimus: ut officium putemus, illudere: quodq; ipsi ab alijs libẽter accipimus, id alijs, quasi quoddam munus offerimus: et spe recipiendæ laudis eos, à quibus laudari uolumus, ante laudamus. Sæpè adulãtium resistimus uerbis ad faciem, et in secreto mentis fauemus: maximumq; fructum cœpisse nos dicimus, si uel fictis laudibus prædicamur: nec cogitamus quid ipsi sumus, sed quid alijs uidemur. Vnde eò producta res est, ut neglecta ueritate meriti, de sola opinione curemus: Qui testimoniũ uitæ nostræ non à conscientia nostra petimus, sed à fama. Beata mens est, quæ perfecte hoc uitium uicit: nec adulatur aliquandò, nec adulari credit: quæ nec decipit alterũ, nec ipsa decipitur hæc ille. Omnis dubio procul adulatio, omnis assentatio pellenda est: quæ est uitiorum adiutrix: et non modò amico, sed ne libero quidem est digna. Laudat Mamertinus Iulianũ imperatorẽ, quòd aduersus omneis assentatorum

Adulatores odio psequndi

Solon

Augustus

Cicero

Assentatio cui nocet

D. Hierony.

Adulatores fugiendi

Adulatio omnis pellẽda.

Mamertinus.

illecebras, captionesque munitus esset. Amico igitur credendum est, qui rectè monet, ab alijs autem cauendum. Nihil, inquit Seneca, tam æque delectauerit animum, quàm amicitia fidelis. Attendant parentes filios ad laboris tolerantiam sensim educare, ut uoluptates contemnant. Plato in. vii. de Republi. Iuuenibus, inquit, conueniunt multi, maximiq; labores. Xenophon in secundo cõmentariorum. Studium, inquit, et pacientia, bonarum, et honestarum rerum sunt causa. Epicharmus, Dij omnia nobis uẽdunt laboribus: Nihil eorum, quæ bona sunt, et honesta Dij hominibus sine labore, ac studio præstãt. Si uelis corpore etiã fortis esse, subijciendum est animo corpus, et exercendum in laboribus, atq; in sudoribus. Leges Lycurgi, ut scribit Cicero lib. 2. Tusculanarum, laboribus erudiunt iuuentutẽ, uenando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Sapienter Isocrates monebat. Exerce spõtaneis teipsum laboribus: ut adactos quoq; pferre queas: et rursum. Operam da, ut sis corpore laborum patiens, animo sapiẽtiæ appetens: ut illo perficere possis decreta, hoc decernere facienda. Quarè Diogẽnes ultro æstate in feruida arena se uolutabat: hyeme uerò statuas niue perfusas complectebatur: omni parte seipsum ad laboris tolerantiam exercens. Zeno quoq; Stoicorum facile princeps aliud laboris, et paciẽtiæ exemplar, adeo laboribus assuetus fuit, quos longe pluris ille, quàm omnes delitias faciebat, ut ab omnibus diceretur, neq; sæua hyeme, aut gelido ibre, neq; torrido sole, aut dira ui morbi domari unquam potuisse: non rapiijs, quæ uulgo placent, sed studijs altis, quibus solis nocte, dieq; in uigilaret. Cleãtes Zenonis discipulus adeò supra omnes laboris patiens fuit, adeò labore delectabatur,

Amico rectè monẽti credendum

Seneca.

Assuefaciendos ad laboris tolerãtiã liberos

Pla. li. 7. de Republi.

Xenophon

Epicharmus

Dii oia uendunt laboribus.

Ci. li. 2. tus.

Isocratis pceptum

Diogenis mos ad laboris tolerãtiam

Zenonis patientia

Gleantes laboris patientissimus.

ut Lacône quodam affirmante laborem esse bonũ, prosiliens in eius cõmendationem, gestiensq; illud diceret. Sanguine præclaro es dulcis gnate. Legimus Catonem, cognomento Vticensem, ita corpus laboribus assuefecisse, ut calores spõte, et niuẽ detecto capite toleraret. Qui, ut refert Plutarchus, septẽ continenter diebus iter fecit, semper absq; equo, et uehiculo agmen præcedens per Libyæ arenas. Itẽ cum audisset Cyrênis Scipionem apud Iubam se recepisse, et Appium Varum Africæ præfectum cum Scipione esse, pedes ad eos hyeme iuit. Animaduertant patres, ne eorum filij ebrietati indulgeant. Est enim ebrietas pestis sæuissima, animorum simul, et corporum labes: quæ primum rationis hominem impòtem facit, et multorũ malorum fomitem subministrat. In sobrietate quidem uirtutũ concordia, in temulentia uerò sita est ruina. Maximi semper est facienda sobrietas: quæ non tam corporis, quã mẽtis, et animi etiam ualetudini summum affert adiumentum. Solebat Plato ebrijs, et iratis consulere: ut in speculo uultus suos inspicerent: ut uisa deformitate, uitia fugerent. Lacedæmonij seruum ebriũ in cõspectu filiorum adducebant, ut in ipso turpitudinẽ ebrietatis aspicerent, et ab ea abstinerent. Bonũ est, inquit Aristotẽles libro Politicorũ. 7. pueros esse sine uino: et iuuenes maxime ab ebrietate custodire oportet. Lycîdem uirum seueritatis eximiæ paralisin ex nimia potatione incurisse: atq; ex ea interijsse legimus. Alexander Macẽdo imoderato cibo oppletus, et nimio uino distentus, Clitônem uirũ optimum, et amicissimũ iussit iterfici. Ebrietatem Pythagoras perniciem uocabat: neq; est quicquã, quod humanæ magis naturæ dignitatẽ, uiresq; psternat. Androcĩdes, ut author est Plynius, ad Alexandrũ

Catonis patientia

Plutarchus

Ebrietati nõ idulgendũ pueris

Ebrietas qd

Virtutũ cõcordia in sobrietate

Plato.

Lacedæmoniorum pcceptum.

Aristotẽles.

Lycĩdẽ ex nimia potatione paralisin icurrisse.

Alexander ebrietate laborabat.

Clitõ

Pythagõr.

magnū scripsit, in temperantiā illius cohibens. Vinum potaturus Rex, memento te bibere sanguinem terræ: sicuti uenenū est homini cicuta, ita cicutæ uinū. Aristotěles particula tertia problematū scribit, Vinolentorū linguam oberrare, uel quòd uti totum corpus in uinolentia titubat, ita etiā lingua labens oberrat, nec explanare potest: an quoniam caro linguæ mollis, et instar est spongiæ: ampliatur madescens, atq; extollitur: itaq; ob molē tardior fit, exprimereq; sincere non potest. Scribit Alexāder Aphrodiseus in problematis, Ebrios cuncta uertiginosa uidere: quoniā ex multo uino plurima fit exalatio spiritus euaporantis ad cerebrum: qui cum distrahi nequeat ante concoctionē, uniuersum concutit, et circunuertit cerebrum: et ita conuersus per uidendi neruū, et pupillam uadit ad ea, quæ uidentur. De ebrietate sic Horatius ad Torquatum.

Androcides

Plynius

Cicuta hoī uenenum.

Aristotěles

Vinolětorū lingua cur oberrat

Alexander Aphrodisě us

Ebrios cuncta uertiginosa uidere

Quid non ebrietas designat? operta recludit.
Spes iubet esse ratas: in prælia trudit iermem.
Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.
Fœcundi calices quem nō fecere disertum?

Horatius

Asclepiădes super mensam dixit. Prima cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatē, tertia ad uoluptatē, quarta ad insaniam. Si naturam sequimur, satis est sitim extinguere: si libidinē, nihil satis. Cui cū laxari habenæ cœperint, tunc omnis mentis acies dissoluitur: et tanquàm currus, ut ait Isocrătes, amisso auriga feratur, necesse est. Vinū modice sumptū acuit ingenium: et non modice sumptū rationē conturbat, intellectum hebetat, memoriā eneruat, obliuionem imittit, errorem infundit, ignorantiam inducit. Hæc Boetius. Vino enim memoria moritur, et sapiētia, ut inqt Ply. adūbratur. Vinū si copiosius haustū est, caput turbat, mentem lædit, ingeniū ob-

Asclapiădes.

Isocrătes

Vini natura.

Boetius

Vino sapiētia obsibrat

ruit, uigorem animi impedit. Homines quandoq; suæ mentis efficit adeò impotes, ut quicquid expromant, et uoces emittant, per iugulum, ut inquit Plynius, mox redundaturas. Nihil enim secretum, ubi regnat ebrietas. Vnde Plato i Alcibiade, Vini inqt, ueritatis filiam esse. Q uā sententiam confirmat prouerbiū græcū in hæc uerba. In uino ueritas, quòd temulēti mētem suam nudare cōsueuerunt. Admonet Plato in tertio de Republi. à uini temulentia abstinere debere ciuitatum gubernatores, ne custode custos indigeat: Romulus adeò parcissimus erat, ut uocatus ad cœnam, non multum biberit: quia postridie negotiū habebat. Cōtra uerò Persarū natio, qui existimabant firmiora ꝯsilia esse, quæ inter uina à bene potis dabantur, quàm quæ à sobrijs, et ieiunis: unde abstemij à consilio reijciebantur. Parētum quoq; erit officium, ut eorum filij nec somno, nec cibo inuigilent. Nam plerunq; hebetia, ac tarda ingenia solent esse eorū, qui plurimo cibo, ac nimio somno utūtur Nec solū impuberes pueri, quod. M. Varro prodidisse fertur, sed qualibet ætate homines ad id incurrunt mali. Copia enim ciborū, et potuum (ut refert Seneca) subtilitas animi īpeditur: et ut ait Hieronymus, nō est eiusdem hominis uina degustare, et prophetas intelligere. Legamus antiquorum libros, Dicearchi, Xenophontis, Iosephi, Euboli, reliquorūq; omniū, qui historiā cōscribūt, et nil aliud reperiemus, quàm uilibus cibis, et his mediocriter ueteres illos ob studiū uictitasse. Crapulam quoq;, atq; delitias ueluti contēplationū impedimenta penitus euasisse. Ipsæ enim deliciæ mentem humi deijciunt: atq; eam corporibus nexibus retentā, ne in apicē contemplationis eleuetur, impediūt. Hinc Socrates tēperatissimus extitit, et unica refectione Serotī-

Plato
Vini filia ueritas.
Pla. li. 3. de Republica
Ciuitatū rectores à temulētia abstinentia debere
Abstemij à Persarū con silio reijciebantur.
Ex nimio cibo īgenia fiūt hebetia
M. Varro
Aī subtilitas ciborū copia impeditur.
Seneca.
Hierony.
Socrates tēpatissimus

na contentabatur, Sciens paucis, minimisq; rebus naturam contentari: nihilq; uiro congruētius arbitrans sobrietate. Qua corporis, ac mētis ꝓsperitas roboratur. Boetius præcipit, ut pueris literis operā dantibus cibariorum mediocris sit facultas, potus autē sit tenuis, eiusq; parcitas. Scribit Cicero in Catone, Tantum cibi, et potionis adhibendum est, ut reficiantur uires, non ut opprimantur: nec uerò corpori solū subueniendū est, sed et menti, atq; animo multo magis. Auicenas, uehemens, iquit, repletio in qualibet dispositione uitāda siue ex cibo, siue ex potu procedat, quæ crapulæ nomine significatur: et ut iquit Hieronymus, Morbi ex saturitate nimia cōcitantur. Hinc Aristotēles ad Alexandrū. Qui trāsgreditur, inquit, debitum modum in pleno, et in uacuo, nō poterit euadere furores ægritudinis, et molestias infirmitatum. Laudatur Alexander Seuerus uti multis uirtutibus, ita præsertim uitæ parcitate. Incusatur summopere. M. Antonius: cuius cū insatiata fuerit edendi, bibēdiq; cupiditas, modestiæ nimis tamē in eo metas uidetur excessisse: quòd externam cœnam præ nimia stomachi grauedine in medio ipso foro euomuit. Nihil est nimia ciborum copia fœdius: nihil nimia ingurgitatione animæ, corporiq; est nocētius: nihil quod magis ingenia enēcet, magis pudorem confundat, nihil quod stoliditatem magis generet, atq; uecordiam. Quis non detestetur Clodium Albinum hominē immitem? qui adeò gulæ erat intētus, ut præter cætera carnis obsonia, quingentas etiam ficus ieiunus comedebat, centū persica campana, pepones Hostienses decem, uuarum lauicanarum pondo uiginti: Quis nō summis præconijs laudet Augustū? qui cibo minimo, atq; uulgari ferè utebatur: secundarium panem, et

Paucis minimisq; rebus naturā cōtentari.
Boetius
Cicero
Auicennas
Vehemens repletio uitanda.
Hierony.
Ex nimia saturitate concitātur morbi.
Aristotēles.
Alexāder.
M. Ant edēdi bibēdiq; cupidus.
Nihil est nimia ciborū copiá fœdius.
Clodius Albinus gulæ intentus.
Augustus minimo cibo utebat.

pisciculos minutos, et caseum bubulum manu pres-
sum, et ficus uirides, biferas maximè appetebat. Sed
ad somnum, de quo obiter mentionē fecimus, acce
Pythago. damus. Noli, inquit Pythagoras, somnū mollibus
oculis excipere, priusquā diurnorum operum ter unū-
quodque percurras. Quò accessi? quid peregi? quid
Aristotēlis mihi opportunum peractum est. Iubet Aristotēles
pceptum. in œconomicis, ante lucanum tempus surgere:
quod tum ad curam rei familiaris, tum ad bonam
ualetudinem, ac demum ad philosophiæ studia plu
Naturæ le-gibus obtē-perandum. rimum confert. Naturæ legibus obtemperandū est:
quæ hominem non ad somnum, et quietem, sed ad
Homo ad exercitatio nē natus. operam, atque exercitationem nasci uoluit: Nec pro
pter quietem operam, sed propter operam quietem
instituit: ut uidelicet remissione laboris potētius ad
Dormiendi tpa qualia. exercitium operis uires intenderentur. Dormiendi
tempora debent esse idönea, et propria: ne nox uigi
Claudius Nero. liæ, dies somno impediatur. Claudius Nero, qui an
te mediā noctem plerunque uigilare solebat, ita ut in
iure dicendo postea nonnunquā obdormiret, uixque
ab aduocatis de industria uocem augentibus exci-
taretur, ab omnibus improbatur. Non imitemur
C. Caligula C. Caligulam, qui non plus, quàm tribus noctur-
nis horis quiescebat: reliqua uerò noctis parte ma-
ximo affectus tædio, nunc thoro resīdens, nūc per
longissimas urbis porticus uagus deambulabat,
Sōnus cor-poris salus. atque lucem expectare solitus erat. Somnus corpo-
ris salus existit: quod intelligitur, si intra modum:
Hippocra. nam supra modum somnus malus est, ut docet Hip
Homerus. pocrates. Hinc Homerus, Tristitia, inquit, etiā mul-
tus somnus. Somnum non laudari à philosophis
Aristotēles. diffiniuit Aristotēles. Quem genas occupare, non
Apolloni⁹ autem censebat Apollonius. Diligenter studeant pa
rentes ut eorum filij discant de Deo uerba facere: et
à uerborum

à uerborum obscœnitate custodiātur. Iuuenes, inquit Aristoteles libro politicorū septimo, sunt custodiendi, ut nec dicant, nec audiant malum, uel turpe aliquod: quia et dicere, et audire aliquid turpium, de facili fit facere aliquid turpe. Maxima, inquit Iuuenalis, debetur puero reuerentia. Doceantur itidē pueri à patribus occursantes in itinere reuereri, ut Demetrius Phalereus præcipit: non dimisso, non tristi, sed uiuo, ac hilari uultu esse: salutantibus mutua salutationis officia reddere, uenientibus, et abeuntibus se officiosos præbere. Adhibeant quoque animum parentes, ne permittant suos filios ire in tabernas meritorias, aut in aliquem turpitudinis locum: sed ducantur ad loca, ubi honestas, ubi religio colitur: ubi de uirtute, de modestia, ubi de itegritate, ac bonis moribus uerba habentur. Non ducantur in balnea: quod ab antiquis Romanis custodītū, ac diligentissimè obseruatum fuit. Summæ uerecundiæ erat, inquit Vale. Maxi. aut patrem cum filio pubere, aut Socrum cum genero lauari: Credebant enim non minus nefas esse inter necessarios, ac in loco sacro nudatos apparere. Plutarchus in uita Catonis. Generos, inquit, cum soceris balneum īgredi uitio dabant. Quoniā membrorum nudationem inspectantibus illis cū decôro fieri non posse indicabant. Cato Senior, præsente filio non aliter uerborū turpitudine abstinuit, quàm si uirgo uestalis affuisset, et cum eo nunquam lauit. Nostro quidem more, inqt Cicero libro officiorum primo, cum parentibus puberes filij, cum soceris quidem generi non lauētur. Retinenda est igitur huius generis uerecundia, præsertim natura ipsa magistra, et duce. Apud Lacedæmonios maximam pudoris curam habebant uiri, et uxores: non enim cōmiscebantur nisi nocturno

Pueros à uerborū obscœnitate custodiendos.

Arist. lib. 7. politicorū.

Iuue. sa. 14

Demetrij phalerei pceptum.

Pueri non ducātur ī tabernas et balnea.

Vale. Max libro prīo

Plutarchus in Catone

Cato Senior.

Cicero lib. 1. offici.

Lacedæmoniorū īstitutum.

Plutarchus. tempore, amoto lumine, autor est Plutarchus. Contra uero pueri prosequantur magna uerecũdia, maxima obseruantia, et amore pcipuo parentes suas.

Officiũ puerorum erga parentes

Verecũdia cui cõuenit

Aristoteles lib. 4. æthi.

Isocratis pceptum.

Deu. cap. 5.

Eccle. 23.

Verecundia, inquit Aristoteles libro æthicorũ quarto, nec conuenit omni ætati, sed tantum iuuenili: unde iuuenes uerecundos laudamus: senem autem uerecundum nullus laudabit. Deum time, inquit Isocrates, parentes honora, amicos reuerere, legibus obedi, uoluptates sectare gloriæ iunctas. Honora, inquit diuina scriptura, patrẽ tuum, et gemitus matris tuæ ne obliuiscaris: et retribue illis, quomodo et illi tibi. Et alio loco. Memento patris, et matris tuæ: ne assiduitate ĩfatuatus, improperium patiaris, et maluisses non nasci, et diem natiuitatis tuæ non maledicas. Oculum, qui subsannat patrem, et qui despicit partum matris suæ, effodiant corui de torrẽtibus, et comẽdent eum filij aquilæ. Qui honorat, inquit Iesus Sirach, in eo libro qui œconomicus inscribitur, patrem suum, uita uiuet longiore: et qui obedit patri, refrigerabit matem: qui timet dominũ, honorat parẽtes. Et quasi dominus seruiet his, qui se genuerunt, in opere, et sermone, et in omni patientia. Honora patrem tuum, ut superueniat tibi benedictio à deo: et benedictio illius in nouissimo manet. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria, sed confusio. Gloria enim hominis, ex honore patris sui: et dedecus filij, pater sine honore. Filij, suscipe senectam patris tui: et non contristes eum in uita illius: et si defecerit sensu, ueniam da: et ne spernas eum in uirtute tua. Quàm malæ famæ est, qui dere-

D. Hierony. linquit patrem: et est maledictus à deo, qui exasperat matrem. Quod si absolutius quid præstare er-

ga parentes suos debeant liberi, quærant. D. Hiero nymũ docentem pariter, ac monentem diligenter ex me audiant. Parentum, inquit. D. Hieronymus, meritis subiugans filios omnipotens Deus, seruiẽdi legem in officijs posteris dedit. Vt hoc diuino cogantur facere imperio, quod debuit pietas suadere, dicente illo in. Exõdi, in quo ita scriptum est. Honora patrem tuum, et matrem tuam, sicut præcepit tibi dominus: ut bene sit tibi, et sis longæ uitæ super terram, quam dominus deus tuus dabit tibi. Audite filij salutiferam iussionem, et præcepta legis affectu debiti amoris iplete. Seruite patribus futuri patres, et matres uestras tenera diligite pietate: ut et uestræ coniuges mereantur matrum nomine nuncupari. Nemo patrẽ asperis uerbis lædat, ne fiat amara dulcedo. Hoc sit inter parentes, et filios, quod iubente domino natura cõtinuit. Affectum sonet, quicquid linguæ dixerint liberorum. Inter caras, cõiũctasq; personas pietatis iura seruentur. Hoc filiorum ora loquantur, quod parentes delectet audire. Præbeatur patribus amori mista formido, qui nobis sunt primi causa nascendi. Exhibête patribus filij, quod uos potestas paterni nominis monet: quæ tanta est eorum meritis attributa, ut ipsa de uobis exîgat, qđ natura iubere non potuit. Matribus quoque impendite debitam reuerentiam: quæ uobis utero seruientes, pondus uestri corporis tolerant: atque ignotã portantes infantiam, famulatum quẽdam exhibent nascituris: ipso tempore non sibi tantum mater esũrit, nec acceptos sola digerit cibos. Materno uictu alitur et ille, qui latet: eiusque membra alterius commistione pascuntur, ut homo futurus alienis morsibus saturetur. Quid ipsa memorem natorum nutrimenta, et teneræ infantiæ dulces iniurias, quas

Exo. ca. 20

nutritorum affectus de suis paruulis sumit? quid cibos in matre confectos? Qui fœmineis diffusi ex membris, lacteum soluuntur in succum, et iualidis mandibulis facilem suppeditant cibum? Seruiunt materna lactantibus ubera, seruiunt infantulis mēbra. Et quandiu inualida natorū corpora, qua manu trahendo, qua gremio, sinuq́; fouendo, qua humeris gestando, hosce matres suis nisibus adiuuāt. Optat mater paruulum crescere: optat citò uidere maiorem: eumque numeris iuuenum miscere festinat, nunquam sibi forsitan seruiturum. His tot, tantisque benefactis parētibus tota debet alacritate seruiri. Exolue fili quod debes, et officia debita qualiscunque exhibe famulatu: quia parētibus nemo potest reddere, quod debetur. Humilitas talibus exhibita personis, uiuendi tempus extendit: et morte dilata multum nostram prorogat uitam: Vicemq́; facientibus reddens, officia nostra domino præcipiēti cōmendat: qui in tantum nomen parentum dilexit, ut seipsum patrem iusserit dici. Irreuerens autem

Prouerbio.

filius quid à domino ipso mereatur, Solomonis dicta testantur. Contumelijs afficiens patrem, et contēnes senectam matris, confundetur, et in opprobrijs erit. Filius derelinquens custodire disciplinā patris, meditabitur sermones malitiæ. Maledicēti patrem, et matrem extinguetur lumen: et pupillæ oculorum eius uidebunt tenebras. Audi fili patrem, qui te genuit: nec cōtempseris, quia senuit mater tua. Pareat matri lingua, quam genuit: et matrem suam nemo crudeli uerbo pcutiat. Sic te rapiat fili iuuenilis ætatis authoritas, ut noueris undè sis natus. Memento scripturæ diuinæ, ubi spiritu sancto loquente dictū est. Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur. Impēde debitum patri, matrique seruitium: qui

Exodi. 21.
Leuitic. 20.

nun quàm tuos uagitus fastidientes, totum in te lā bebant oculis corpus. Sit tibi grata salus ipsorum: quibus carior uita tua, quàm ꝓpria. Nullus igitur filiorum authorem lucis suæ afficiat iniurijs. Nemo parentibus optet aduersa, qui liberorum salutem suæ anteponunt. Foueatur parentum senectus: et benefactis eorum uicissitudo reddatur. Scribit Isocrătes, Talem te exhibeas erga parentes, quales exhibēre se tibi uoles ex te progenitos. Absalônem propter improbitatem, et rebellionem in patrem, omnibus conatibus frustratum, pessima morte consumptum sacra narrat historia. Nerone, qui matrē occîdit, nemo crudelior habetur. Contra uerò Scipio superior maximis celebratur laudibus, quòd ab hoste patrem eripuit eo armorum conflictu, quo Hannibal apud Ticînum Romãos profligauit. Coriolani pietatem erga matrem Veturiam uulgus quoq; decãtat. Q. Sertorius, audita morte matris, quam unice amabat, paulum abfuit, quin mœrore interiret. Egregie Pythagŏras, Deos quidem Semidĕis, hominibus Herôas, parentes autem hominibus in honore præferendos esse dicebat. Hæc enim sanctissima pietatis officia ediscant libenter adolescentes, colant perpetuò, constanter perficiant. Prosequantur ẽt pueri maiores natu maximo honore, ac pĉipua obseruãtia. In primis autem magistratibus honorem quàm maximum impendant: quibus quantum deferendum est, utpotè totius reipublicæ personam, ac dignitatē referentibus. Q. Quadrigarius docet: qui in annalibus refert. Factis Cõsulibus Sẽpronio Graccho. Q. Fabio Max. eius filio, qui priore anno fuerat consul, ipsi consuli patrem proconsulem obuiam equo uenisse: qui cum non descenderet, quòd pater esset, ubi iuxtà uenit, tum consulē

Isocrătis p̄ceptum.
Re. 2. ca. 18
Nero matricida.
Scipiõis pietas
Liui⁹ De. 3.
Vale. Max. libro qnto.
Coriolani obseruãtia in matrem.
Q. Sertorij pietas
Pytagŏras.
Officiũ puerorum erga maiores natu.
Officiũ erga magistratus
Gellius ca. 2. lib. 2.

lictori signum dedisse, ut descendere illum iuberet: paruisse Fabium, et filium collaudasse: quia Populi Roma. dignitatẽ retineret. Senes itidẽ pueri ament, colãt, reuereantur. Quod Bias admonuit, cum diceret. Non contemnendam senectutem, ad quã omnes peruenire cupimus. Tãtum uerò apud Romanos senectutem semper uenerabilem fuisse scribit Calistrãtus iure consultus, utpotè eundem honorem senibus, quàm magistratibus exhiberẽnt. Senectuti iuuẽtus, inqt Val. Max. ita cumulatũ, et circũspectũ honorem reddebat, tanquam maiores natu adolescentium communes patres essent. Quo circa iuuenes Senatus die uti quẽ aliquem ex patribus cõscriptis, aut ꝓpinquum, aut paternum amicum ad curiam ducebãt, affixiq́; ualuis expectabant: donec reducendi officio etiam fungerentur: qua quidem uoluntaria statione et corpora, et animos ad publica officia sustinenda impigrè roborabãt: Breuiq́; processu morarum claram in lucem uirtutum suarũ uerecunda laboris meditatione ipsi doctores erant. Apud antiquissimos Romanorum, inquit Gellius, nulli rei maior honos tribui, quàm ætati solitus. Maioresq; natu à minoribus colebantur ad deum ꝓpè, et parẽtũ uicem. Atq; in oi loco, inq́; oi specie honoris priores, potioresq; habiti sunt. A' cõuiuio quoq́;, ut scriptũ est in antiqtatib', seniores à minoribus domũ reducebantur. Eũq́; morẽ accepisse Romanos à Lacedæmonijs traditum est: apud quos Lycurgi legibus maior omnium rerum honos maiori ætati habebatur. Hinc satyricus poeta.

Bias

Galistrãtus

Officium erga senes.

Val. Maxi. lib. 2.

Gelli'. li. 2.

Iuue. sa. 13.

Credebant hoc grande nefas, et morte piãdũ,
Si iuuenis uetulo non assurrexerat: et si
Barbato cuicunque puer: licet ipse uideret
Plura domi farra, et maiores glãdis aceruos.

Tam uenerabile erat p̄cedere quatuor annis. Est enim cum omnis senectus honoranda, tum uerò illa, quæ adolescentiæ fundamentis est constituta: cui, ut ait Cato apud Tullium, non anni, non rugæ repentè authoritatem afferre possunt: sed honeste acta superior ætas fructus authoritatis præbet extremos. Ea est, ut scribit. D. Ambrosius, uenerabilis senectus, quæ nõ canis, sed meritis albescit. Ea est reuerenda canities, quæ canities est animæ in canis cogitationibus, et operibus effulgens. Est uerè ea ætas senectutis, quæ est uita ĩmaculata, quæ nõ diebus, aut mẽsib⁹, sed seculis ꝓpagatur. cuius sine fine est diuturnitas, sine debilitate lõgeuitas. Quò enim diuturnior, eò fortior: et qui diutius eam uitã uixerit, in uirum perfectum excrescit. Diligamus ergò eos, et obseruemus, deferamus eis, atq; audiamus, oẽmq;, reuerẽtiæ, et honoris cultũ exhibeam⁹ neq; à latere eoꝝ discedamus, neq; uel digito unq̃ diuertamus: ut quoꝝ ꝑꝑ maiorem reꝝ experiẽtiã prudentia est maior, uitaq; solertior, illoꝝ uestigijs innitamur, consilijs utamur, studijs oblectemur: ut habeamus quorum conspectus nos à uitijs longe deterreat: erũt illi uitæ nostræ testes simul, et magistri: ab illis percipiemus uiuendi normam, loquẽdi modum, conuersandi mores, uirtutum omnium disciplinã. Veri enim simile cuiq; uideri debet, quia plura usu didicerũt, plura meminerint, sapientiores ẽt cæteris, atq; ad cõsulendas, gubernãdasq; res q̃sq; aptiores esse. hæc ille. Senectutem honora, iquit Socrates, teque ipsum obserua. Lacedæmonij ex Lycurgi institutis, et legibus maiores natu, et seniores obseruauerunt in primis, Sed iam ad rem literariã ueniamus: et primum quibus præceptoribus pueri potissimum tradendi sunt, uideamus: In primis

Cice. de se.

D. Ambro. in officijs.

Socrates.

Lycurgi instituta.

Quales p̄ceptores eẽ oporteat.

Cicero

Timothe͏̈us Musicus.

Optimũ p̃ceptorẽ in oĩb' artib' eligendum.

Quĩtilian' Aristote͏̈les.

Optimo p̃ceptori tradẽdus est discipulus.

[illegible]ortatio ad parentes

autem illud mirum in modum cauendum, ne rudibus, ac indoctis ab initio præceptoribus tradantur pueri erudiendi. A quibus illud Ciceronis cõsequẽtur, ut dimidio stultiores redeant, quàm accesserint: Vt tempus taceam, quod amittũt, efficitur illud profecto Timothe͏̈i musici, ut postea duplex suscipiendus sit labor: alter, quo ea, quæ praue didicerint, dediscant, obliuionique tradant: alter, ut ea, quæ ignorant, bene discant. Quod eò tardius fit, quò maiorem in perceptis erroribus obliterandis, necesse est operam, tempusq; consumere. In omnibus autem artibus, ut asserunt philosophi, optimus præceptor sp est eligendus. Nã quò fuerit eruditior, eò faciliorem, et clariorem doctrinam pueris ministrabit. Minores autem, et gregarij præceptores, ut ait Quintilianus, minus docent, et peius. Quò enim quisque obscurior, eò erit deterior. Interrogatus Aristote͏̈les quo pacto discipuli egregie proficerent, inquit, si excellentiores prosequentes, tardiores non attendant. Tradendus est igitur optimo cuique statim præceptori. Nam apud eum discipuli quoque melius discent, quem non sit inutile imitari: et siquid errauerint, statim corrigentur: at mediocris Magistellus fortasse uitiosa probabit, et placere audientibus suo iudicio coget. Vnde monẽdi sunt præceptores, ne auditorum teneras aures falsis opinionibus imbuant: et ipsi auditores, ne præceptorum uerbis temere credant. Intendant igitur adolescentes, ne stulti uideantur, et impudentes. Quarè parentes etiam atq; etiam monuerim, ut in erudiendis filijs eorum peçunijs non parcant: et quicquid pro acquirendarum uirtutum causa filijs necesse fuerit, larga manu impendant. Nec tanti pecũnias commodis eorum æstiment p̃futuras, ut eas inutiliter insumere uideã-

tur. Ferunt Cratem illū uetustissimū dicere solitum, Exclamaturum se magna uoce si licuisset ab altissima urbis parte, accusaturūq; hominū stoliditatem, qui cum cogendaꝝ pecuniarū tanto ardore raperentur, filijs tamen, quibus eas relicturi essent, erudiendis uel minimam, uel nullam curam impenderent. Prouideant itaque, ut præmia laboris quàm amplissima, uel debita dentur pceptoribus. Hinc Iuuena.

Crates

Iuue. sat. 7.

Præmia persolnenda pceptoribus.

Iuue. sat. 7.

Res nulla minoris
Constabit patri, quàm filius.

Aristippus cum à quodam, eius filium eruditurus, quingentas drachmas postularet, atq; ille diceret, tanti se mancipium emere posse. Eme, inquit, et habebis duo. Demosthénes, quē tradunt, cum septem annorum à patre diuite relictus esset, tutorum male administrantiū causa nō tam in patrimonio, quàm in literis, quibus negligēter imbutus fuit, quòd præceptoribus salaria non persoluerentur, magnā iacturam fecisse, exemplo sit. Quod si per facultatum tenuitatem præstare non poterunt, uidendum ipsis erit, ut illos obsequijs quàm plurimis, et officijs demereantur: præceptorūq; uolūtatē sibi hoc artificio concilient: quibus rebus illi deuincti, tanquàm pecunijs, ac magnis stipendijs prouocati, non solum ad docendos, sed amandos (quod maximam uim ad docendum habet) eorum liberos adducantur. Sed nunc ad puerorum officium trāseamus. In præceptore autem colendo paternam sibi constituant pueri sanctitatem. Nam si eum contempserint, eius quoq; pceptiones cōtēnant, necesse est. Neq; enim existimādum est, maiores illos temerè præceptores, quorum cura exculti sumus moribus, eruditiq; literis, sancti uoluisse parentis esse loco: sed ut illi maiore cura, maioreque beneuolentia instruerent, doce

Aristippi responsum

Demosthénes.

Quæ ratio pauperibus et tenuioribus incida ut eorū filij edoceantur.

Officiū puerorū in præceptorem.

rent, erudirent. Ipsi autem quoque uenerabundi eorum dicta pietate quadam crederent obseruāda. Hinc Iuuenalis.

Iuue. sat. 7.

Dij maiorū umbris tenuē, et sine pondere terrā,
Spirantesque crocos, et in urna perpetuum uer,
Qui præceptorem sancti uoluere parentis
Esse loco.

Arist. lib. 9. æthicorū.

Magistris, inqt Aristoteles lib. æthicorū. viiii. Dijs, et parentibus non potest reddi æquiualens. Nō minus, inquit Cicero scribens ad filium, præceptorem amare habes, quàm ipsa studia: cum ipse alter existat pater, non dico corporum, sed mentium multo magis illis excellentium. Libenter uelis audire, et dictis credere: et, illi ut similis fias, desyderare: et tandem inter alios studentes te lætum, et alacrem reddere: et si quando emendêris, non te irasci: et si lauderis, te inde clariorē studio præbere. Quia præceptoris officium est docere. Discipuli uerò est, se docilem reddere, cum opus sit. Discipulos, inquit Fabius Quintilianus libro secūdo, in unum interim moneo: Vt præceptores suos nō minus, quàm ipsa studia ament: et parentes esse non quidem corporū, sed mentium credant. Multum hæc pietas confert studio. Nam ita et libēter audient, et dictis credent. Quapropter ea in re Alexandri exemplum imitabuntur, qui non minus se Aristotēli, quàm Philippo patri debere prædicabat, nimirum quòd ab hoc esse tātum, ab illo et bene esse acceperat. Desyderiū discipuli, inqt Aristotēles libro æthicorum tertio, oportet esse secūdū præceptū doctoris. Felicis discipuli, ut author est Boetius, discretio magistratui gaudeat subijci: eumq; reuerendo, metuendo diligat, et fidelis existat. Conuēnit adolescenti studioso, ut inquit. D. Augustinus, qui uiuere instituerit, quærere do-

Cicero.

Præceptoris, et Discipuli officiū

Quinti. li. 2

Alexandri gratitudo erga pceptorē eius. Ari.

A parētib' eē, à pceptoribus bū eē habemus.

Aristo. li. 3. æthicorum

Boetius

D. Augusti.

ctorē sibi, et magistrum: Cuius authoritas aperiat sibi ianuā sciendi necessaria, magna, et occulta: quā ianuam quisq; ingressus, sine ulla dubitatione uitæ optima præcepta sectatur: per quæ, cum doctus fuerit, tum demum discet: et quanta ratione prædicta sint ea ipsa, quæ secutus est ante rationem, et quid sit ipsa ratio: quam post ætatis cunabula firmus, et idoneus iam assequitur, atque comprehendit. Qui uerò coluerint suos præceptores, ad magnam literarū gratiam peruenisse, contra uerò, qui cōtempserint, ignauos, turpes, ac molles sæpius extitisse, manifestum est. Hinc Nero, et Traianus, ambo Cæsares noti, quorum alter, quem propter ingentia scelera, ac flagitia omnes accusant, Senecam, uirum usquequaq; integerrimum, suum præceptorem iteremit. Alter uerò, qui propter excellentem uirtutē ab omnibus summopere cōmendatur, Plutarchum magistrum suum sanctissime coluit, fouit, ueneratus est. Iunium Rusticum. M. Antonius principum omniū sanctissimus, cum quo omnia cōmunicauit publica, et priuata consilia, præceptorem suum mirum in modum reueritus est. Erit igitur, ut diximus, puerorum officium, pòstquàm præceptorē nacti fuerint idoneum, eum amare, reuereri, et habere beneuolum: ipsum quàm sæpissime iterrogare, ut ab eo instruantur. Non superbiant discipuli, si eis aliquando cōtigerit aliquid scire, præceptori ignotum, omnia nanq; intelligere, inquit Seneca, et omnium habere memoriam, diuinitatis est potius, quàm humanitatis. Discipulus, ut author est Boetius, nō sit magistro uiolentus. Non est dignus scientia, qui scientia insurgit præceptori. Illud etiam hic obiter pueros monuerim, ut tam in literis, quàm in moribus addiscendis à mentiendi studio abstineant. Nihil est

Seneca Neronis præceptor ab eo necatus.

Plutarchus à Traiano discipulo honoratus.

Iunius Rusticus à M. An. reuerit'

Seneca.

Q̄ nq; bo[illegible] dormitat Homerus.

Boetius.

A mēdacio pueris abstinendum.

enim homine libero, quàm mentiri, magis alienũ. Quocirca Solon, lata lege, Atheniensibus mendacium interdixit. Omne mendacium, inquit Aristoteles libro æthicorũ quarto, prauum est, et fugiendum. Verax, eodem authore, laudandus est, sed mẽdax est uituperandus. Apud Persas quoque mentiri criminosissimum erat: Quorũ filij tribus rebus instruebãtur: Equitare, arcu sagittas excutere, et uera loqui, Xenophon, et Herodotus sunt authores. Est enim, inquit Lactantius, nefas, eum, qui ueritati studet, aliqua in re esse fallacem: atq; ab ea ipsa, quã sequitur, ueritate discedere: in hac iustitiæ, uirtutũq; omnium uia, nullus mendacio locus. Nũquã enim mentiendum est: quia mendacium semper aut fallit, aut nocet. Plato in secundo de Repub. An nescis, inquit, quod ipsum mendacium oẽs homines, Dijq; oderunt? idem in eodem. Verũ mendacium, si modò uerum effici potest, omnes homines pariter oderunt. Idem in tertio de Repub. publicis tantum medicis concedit mendacium. Deis, inquit, inutile est mendacium, hominibus autem pro medicamento est utile. Interrogatus Aristoteles, quid mendaces lucrantur, inquit. Vt cum uera dixerint, non eis credatur. Cæterum rursus ad præceptorẽ accedamus. Studeat igitur præceptor, ut quæ doceri oporteat, doceat libenter: interrogatus respondeat, et humaniter audiat: respõdendo, dubitationes de pectore q̃rentis omninò euellat. Sit assiduus, non parcat labori in erudiendis pueris: moneat sæpè, exhortetur sæpius, obiurget sæpissime, sed non contumeliose. Dissimulet interdum, sed cautius: laudet, sed non pfusius. Blandiatur quoq;, sed grauius: remittat, sed non licentius. Sit seuerus cum iocunditate, iocũdus cum seueritate: irascatur, sed modice. Multa de uirtu

Solon

Aristo. li. 4. æthicorum

Persarũ filij qbus studijs primum uacent

Xenophon. Herodotus. Lactantius.

Plato li. 2. de Repub.

Plato li. 3. de Repub.

Aristoteles

Ratio pceptoris ad docendum.

te, de honestate, de moribus, de uitæ integritate, ac de literis sæpissimè loquatur. Imitantur enim facillime pueri mores, quos in maioribus conspiciunt. Trahuntur enim mores à conuersantibus, inquit Seneca: Fuit Catoni pædagogus Sarpêdon, homo comis, atq; urbanus: et qui uerba magis, quàm uerbera in promptu haberet. Quod illi ad literarũ, morumq́; rationem admodum profuit: Parebat ei Cato, faciebatq́; omnia illius iussa: singulorum causas, rationesq; ab eo flagitans, ac tanquàm diuinũ quoddam oraculum eũ obseruabat. Hieronymus in epistola ad Lætam de institutione filiæ monet, ne discamus in tenero, quod postea nobis dediscendũ est. Gracchorum eloquentiæ multum ab infantia sermo Corneliæ matris contulisse dicitur. Hortẽsij oratio inter paternos sinus coaluit. Difficulter eraditur, quod rudes animi perbiberunt. Lanarum conchylia quis in pristinum candorem reuocet? Recens testa, diu et saporẽ retinet, et odorem, quo primũ imbuta est. Et subdit. Græca narrat historia. Alexandrum potentissimum regem, Orbisq; dominatorẽ et moribus, et in incessu Leonidis pædagogi sui non potuisse carere uitijs, quibus adhuc paruulus fuit infectus. Procliuis est enim malorũ æmulatio: et quorum uirtutes assequi nequeas, citò imiteris uitia, hæc ille. Sæpissimè enim eminentissima puerorũ igenia educatione mala, et persuasione corrumpuntur. Scribit Plato libro sexto de Repub. Ingentia facinora, summaq́; nequitia non ex uili natura, sed potenti, et corrupta generantur. Debilis ꝗppe natura ingentium bonorum, aut malorũ nunquàm erit causa. Philippus Macẽdo. Alexandri pater, cum natum sibi illum audiuisset, ad Aristotẽlem hanc scripsit epistolam.

Seneca.

Mores à cõuersantibus trahuntur.

Sarpêdon Catonis pædagogus.

D. Hieronymus.

Cornelia Gracchorũ mater

Hortensius.

Alexãder uitia sui pædagogi hausit

Malorum æmulatio ꝓcliuis

Plato. li. 6. de Repub.

Philippus Alexandri pater.

¶Filiũ mihi natum scito: quarè magnam Dijs habeo gratiam: non tam quòd puer natus sit, quàm quòd ætate tua eum nasci contigerit. Spero enim hunc per te educatum, atq; institutũ et nobis, et imperij successione fore dignum.

NOuerat ille rex inclytus, amantissimus pater, regni, ac principatus firmitatẽ hoium eruditissimoꝝ doctrina, ac sapiẽtũ uiroꝝ moribus, optimisq; pceptis stabiliri, nec ullis fortunæ casib⁹, labefactari posse. Quarum rerum quàm fuerit studiosus Alexander, gesta eius non oscure declarant. Nam tutissimo eo, ac munitissimo sæpius præsidio, uel ad extremos usq; terrarum fines uictor produxit imperium. Scipio quoque ita omninò sapere, ita prorsus scire aiebat, ut Panetium philosophum secũ etiam in castra duceret: neque unquàm à suo latere discedere pateretur. Cæsar Augustus Athenodôro, claro in primis philosopho, ac familiari, et magistro usus est. Itaq; sapientum consilijs, atq; institutis fretus, summa potitus est rerum omnium. Plutarchus in eo libello, cui titulus est de liberis educãdis, Maximum, inquit, omnium, longeq; maximum dicturus accedo. Inquirendi sunt præceptores filijs, quorum uita nullis obnoxia sit criminibus, irreprehẽsi mores, et perspicuum honestatis experimentum. Plynius Cæcilius scribens ad Hispulam super filio, Trade, ĩquit, eum præceptori, à quo mores primũ, mox eloquentiam discat: quæ male sine moribus discitur. Iam uerò nimia sæuitia præceptoris sapientibus improbatur. Quarè satius est, eos esse compositi, et quieti animi: non ad iracundiam, non in furorem, non in dementiam, (ut solent nonnulli) prolâbi: neque ad discipulorum uitia usqueadeo indu

Panetius Scipionis pceptor.

Athenodôrus. C. Augusti docuit.

Libellus Plutarchi de li. e. educã.

Præceptores quales.

Plyni⁹ Cæc. Elequẽtia si ne moribus male discit.

gari, ut in quo ea corrigere, ac tollere uidentur, ipsi maioribus obnoxij uitijs, ac magis quàm illi correctione egere prospiciantur. Ita tamen mansuetiores erunt præceptores erga discipulos, ut non idcirco illis uitæ licentia relaxetur: Vnde et cōtēptus oriri, et naturæ siquid foret egregiæ, facile corrumpi posset. Proficient magis pueri, præsertim qui mãsueti fuerint ingenij, si seuerior, si austerior ab eis disciplina arceatur. Si eorum errata sæpius dissimulentur, aut si dulciter emendentur: si placido uultu corripiantur, si uerberibus minime cædãtur, si uerbis obiurgentur. Adde quòd metu uerberum propositã sibi Dictata, quæ græco uocabulo Themata appellare consueuimus, non ingenio suo componũt, sed ab alijs occulte composita offerunt: quod quidē capitale, et pernitiosissimũ est: nam utrunq; uehemēter fallit: et præceptorem, qui spem falsam psumit:, et discipulum, qui non intelligit, quod à se factũ mentitur. Honestius igitur erit, et utilius blanditijs agere, uel interdum ipso uerborum terrore: ita ut plagæ statim subsecuturæ uideãtur. Si uerò paulò adulti fuerint, ut honoris cupiditate excitari possint, tũc admonendi erunt, quanto dedecori id futurum sit, si operã luserint, si reliquis ignauiores, tardiores'ue apparuerint: ut magis eos nescire, quàm discere pudeat. Studeant, iquã præceptores iuuenum mores, et uitia castigare: ut ad bonas artes excolendas, et ad literarũ studia assequenda deducantur: eorumq; cupiditatibus plerunq; assentiantur. Non enim iurgijs, non uerberibus, non minis, sed quibusdã blãditijs ad literas acquirendas alliciendi sunt discipuli: author est Quintilianus in primo. Hinc Horatius,

Olim dant crustula blandi
Doctores, elementa uelint ut discere prima.

Dictata. Themata.

Castigatio pueris utilior, quàm plagæ.

Alliciendi sunt blanditijs pueri.

Horatius

Socrates Non enim, ut inquit Socrates, decet liberum hominem cum seruitute disciplinam aliquam discere.

Nulla aiæ uiolenta est stabilis disciplina. Nulla uerò animæ uiolenta est stabilis disciplina: unde non tanquam coactos in disciplinis animorum, sed quasi ludentes nutrire oportet, ut et magis, ad quod natura sit aptus, possis cognoscere.

Adiungendũ pueris in studijs sociũ Placet etiam, ut pueris aliquis ad disciplinam socius adiungatur: Cuius æmulatione quibusdã quasi igniculis incẽdantur. Est enim nobilibus animis quædam insita generosa inuidia: ut in eodem studij genere uersantibus se postponi, et quasi hebetiores relinqui erubescãt. Ex quo seqtur, ut certatim æmulantes, alter alterum reddant alacriores. Prudentis

Boetius discipuli constantia, inquit Boetius, semper aliquo gaudeat consorte speciali: cui propriam possit detegere conscientiam. Quippe nubila existente fortuna, eum foueat diligenter, ei subueniat: morboque urgente, sedulum se præbeat. Optime ualetudinis tempore mutuo libellorum congressu uicissim gaudebunt: et iocis quibusdam plurimũ alter alteri con

Oẽs laudari gaudent. fert. Studebunt præceptores quibusdam laudibus suos discipulos alere. Nemo est, q̃n gloriæ amore, et laudis dulcedine capiatur: quod eloquentiæ pater Cicero in Tusculanis ait. Honos alit artes, om

Cice. tus. I. Cicero. nesq́; incenduntur ad studia gloria. Idem pro Aulo Lycinio. Nulla enim uirtus aliam mercedem laborum, aut periculorum desyderat, præter hãc laudis, et gloriæ: qua quidem detracta iudices, quid est, quod in tam exiguo uitæ curriculo, et tam breui tantis nos laboribus exerceamus. Idem. Thrai

Cicero. mur, inquit, omnes laudis studio: et optimus quisq; gloria maxime ducitur. Insidet enim q̃dam in optimo uirtus: quæ noctes, et dies animum gloriæ sti

Sylius. mulis concitat. Hinc Sylius.

Ad laudem

Ad laudem genitum capiat si munera diuûm
Felix ad laudem hominum genus.

Difficile est, inquit. D. Chrysostomus, neq; fieri potest, ut proprijs quisq; laudibus non lætetur. Quarè Themistocles cũ Lyram in epulis recusasset, habitus q; proinde indoctior, rogaretur, quid ergò te audire delectat: respondit, meas laudes. Non sunt laudes quandoq; fugiendæ: quæ plerunq; sunt quidam fomes, et esca uirtutis, calcar quoq; ad bene, beateq; uiuendum. Lycon philosophus, qui in instituendis, educãdisq; pueris maxime idoneus fuit, ita eis necessariò adiungi oportere dicebat pudorẽ simul, et laudis studium, uelut equis calcar, atq; frenum. Addunt animum plerunq; aliorũ cõmendationes, incutient stimulos. Suscitabitur præterea inter eos, si laudabũtur, quædam honesta æmulatio: quæ et tardioribus simul ingenijs proderit. Neque uerò id probamus, ut sub eodem præceptore magnus puerorum numerus prima simul elemẽta doceatur. Ita est enim requirenda præceptorum eruditio, ut discipulorum tamen nimia multitudo fugienda sit. Nam multitudinem docendi difficultas, difficultatem neglig ẽtia, negligentiam, despectio, atq; hæc cuncta omnis demum et temporis, et artis sequitur ꝑditio. Dum enim omnibus se impertit, omnibusq; cupit satisfacere præceptor, nemini aut integram, aut magnam impendit curam: et sicut nemo idoctus, ita nemo bene doctus id e reuertitur. Hoc autem de ijs præcipimus, qui prima literarum fundamenta perdiscunt. Nam in paulò progressis, qui iam poetas, historicos, comicos, et oratores audire possunt, id minime est necessariũ. Nã quò maior turba erit, eò diligẽtius præceptor ipse legere conabitur: quia Ouidio teste.

Themistoclis respõsũ

Laudes plerunq; uirtutis form[illegible] esse.

Honesta æmulatio tardioribus ingenijs ꝓdest

Præceptori nimia discipulorũ multitudo fugienda.

Ouidius de ponto li. 4.

Sæpius mu tare pcepto res pueris ĩ utile.
Ordo docẽ di.
Cicero lib. 3. de orato.
Pueri gram maticen do ceantur.
Cicero artis grãmaticæ diligentissi mus.
Quĩtilian⁹.
Grãmaticæ partes.
Methodĩce
Historice.

Excitat auditor studium, laudataq; uirtus
Crescit: et immensum gloria calcar habet.

Erit præterea cauendum, ne mutatis sæpius præceptoribus, diuersas ad scholas mittantur pueri erudiendi. Nam non minus ingenia, quàm plantaria, ubi multoties transferuntur, lædi, atq; pati contigit detrimentum. Sed ad docendi ordinem trãseamus. In erudiendis pueris hunc ordinem seruari oportebit. Vt literas, et uerba quidẽ aperte, et expedite, nõ tamen expresse nimis pronuntiare consuescant. Nã sicut est intra dentes murmuratio, et uerborum cõculcatio, ita iniocũda, et fastidiosa uehemens tum literarum expressio, tum in uerbis quasi syllabarũ dilatatio. Nolo, inquit Cicero libro tertio de oratore, exprimi literas putidius, nolo obscurari negligẽtius, nolo uerba exiliter exanimata exire, nolo inflata, et anhelata grauius. Deinde Grãmaticen omni ex parte perfectè docendi sunt: Vt enim in ædificijs nisi ualida iacta sint fundaméta, quicquid supra cõstruas, corruat necesse est: ita in studiorum ratione nisi principia optime calleant, quò magis pgrediuntur, eò magis imbecillitatẽ suã sentiunt: per eam nanq; omnium liberalium studiorum redditur iocunda possessio. Vñ. M. Cicero, ut author est Quintilianus, artis grãmaticæ diligentissimus fuit: et in filio, ut est uidere in epistolis, rectè loquendi asper quoq; exactor est. Sed ad grãmaticæ partes aggrediamur. Grãmaticæ autem duæ sunt partes: quarũ alteram Methodĩcen, quæ breues omnium orationis partium formulas compendijs declarat, alterã Historicen, quæ historias, et res gestas ptractat, appellarũt. Eas igitur formulas multis quidẽ ex libris, qui extant, capessere licebit. Sed illud nostrũ cõpendiũ, quod nuper ædidimus, ad id non parũ adiuua

bit. Vbi sicut nihil est superfluũ, ita omnia facile re- periuntur, quæ ad orationẽ rectè struendã condu- cere uideantur. Sed illud à magistro uolumus ob- seruari, Vt quas proponit pueris, eaꝗ regulaꝗ decli- nationes, eas tum scribant, tum absq; scriptura cõ- ponant. Si enim scripserint tantùm, euẽnit plerũq;, ut rogati nihil ex tempore sciant respõdere: utpote soliti in omnibus partibus multum, diuq; medita- ri. Contra uerò, si memoriter tantum respondere di dicerint, sæpenumero quibus inter se literis syllabæ cõnectuntur, ignorant. Quod si ad utrunq;, ut di- ximus, assueti fuerint, expeditam consequẽtur et in loquendo, et in scribẽdo prõptitudinẽ. Scribit Laer tius, atq; Plutarchus, Aristotẽlẽ dixisse, pueris tria esse necessaria: Naturã, Disciplinã, et Exercitationẽ. Quorũ quodlibet per se, nisi et cætera adiũcta fue- rint, perfecttionem nullam habere potest. Sicut au- tem nõnulli sunt, qui tanto ingenij acumine p̃stant, ut si diligens eis disciplina accedat, excellentes uiri euadent: ita sine exercitatione hæc omnia non ali- ter deficere uidentur, ac nauis instructa sine naui- gatione, et egregio, pitoq; gubernatore. Quælibet enim ars indiget exercitatione, et usu: Nulla ars cõ- stituit perfectionem sine ipsa exercitatione. Hinc Ci cero libro officiorũ primo. Sed nec Medici, nec Im peratores, nec oratores, quãuis artis præcepta per ceperint, quicquã magna laude dignum sine usu, et exercitatione consequi possunt. Idem ad Trebatiũ. Nullam artem literis sine interprete, et sine aliqua exercitatione percipi posse. Idem libro rhetoricorũ quarto ad Herẽnium. Sed cum, inquit, in omni di- sciplina infirma est artis præceptio sine summa assi- duitate exercitationis, tum uerò in memorijs mini- mum ualet doctrina, nisi industria, studio, labore,

Tria pueris necessaria. Laertius. Plutarchus Aristotẽles

Nullã artẽ sine exerci- tatione con sistere. Ci. li. 1. offi. Cicero li. 7 ep̃larum. Nullã artẽ literis sine i terprete pci pi posse. Cice. lib. 4. rhetorico.

Cicero ī exordio rhet. diligentia comprobatur. Idē in calce exordij rhetoricoꝝ ad Herēnium. Sed, si te unum illud monnuerimus, artem sine assiduitate dicendi non multū iuuare, ut intelligas hanc rationem pceptionis accomodari ad exercitationē oportere. Idē lib. iii. de orato.

Cicero li. 3 de oratore. Aristotēles. Prudētia sine iustitia paꝝ, iustitia sine pruden tia multum prodest. Seneca. Oēs artes exercitijs p ficiunt. Vegetius Diogēnes. Sine exercitatiōe nihil in uita pfici

Neminē, inquit Catulus, sapientiæ laudē, et eloquētiæ sine summo studio, et labore, et doctrina consequi posse. Sicut prudentia, inquit Aristotēles, sine iustitia parū, uel nihil prodest: Iustitia sine prudentia multum, ita scientia sine usu parum: Vsus uerò sine scientia multū. Seneca. Multò plus, inquit, prodest pauca præcepta sapientiæ teneas, et illa habeas in prōptu, et in usu, quàm si multa de scientijs, et non habeas ad manus. Omnes enim artes, ut docet Vegetius de re militari, iugibus exercitijs proficiunt: cuncta exercitatione conualescunt. Pueri igitur nō postponāt quoquo modo exercitationē: sine qua, Diogēnes dicebat, nihil in uita omninò pfici, atq; eam omnia exuperare posse. Quapropter moneāt præceptores, et discipulos assuescāt semper aliquid scribere modò prosaicam orationem, modò carmina. Miscenda est enim utrisq; exercitatio. Nā est, prosaicæ orationis quidam numerus, ac modulatio: Quæ magis auribus iudicatur, quàm uerbis explicari queat. Quam, qui carminis conficiendi doctus extiterit, facilius dubiò procul ɔsequetur. Sed

Memoria cur musarū mater dicta

memoriam prosequamur. Exercēda erit memoria: quæ sanctissima est humanæ uitæ interpres: custos disciplinaꝝ, pciosissimus naturæ thesaurus: ut non ab re à poetis etiam Musarū mater fuerit appellata.

Oīs discipli na memoria constat. Quī. li. 11. Ci. li. 1. rhe.

Omnis disciplina, ut inquit Quintilianus lib. xi. memoria constat, frustraq; docemur, si quicquid audimus, pterfluat. Ea, ut iquit Cicero libro primo rhetoricoꝝ, est firma animi rerum, et uerboꝝ dispo-

sitionis pceptio. idē libro primo de Oratore. Quid dicam, inqt, de thesauro rex oium memoria? Quæ nisi custos inuētis, cogitatisq; uerbis, et rebus adhibeatur, intelligimus omnia, etiā si præclarissima fuerint, in oratore peritura. Hæc, ut ait Quintilianus, oia conseruat, quæ discimus, et cōseruata suggerit, et subministrat: iureq; eloquētiæ thesaurus dicitur. hæc ille. Est enim oratoribus, philosophis, iureconsultis, ac ingenuarū omnium disciplinarum professoribus necessaria. Quæ idcircò studiose, et assidue exercenda est, ut ait Plutarchus. Ita enim uigebit in dies magis, ut nec auferri, nec minui per ætatē poterit: minuitur nanque, nisi eā exerceas. Memoriæ uirtus est duplex, facile pcipere, et fideliter ɔtinere. Est enim prudentiæ pars memoria. Nam prudētiæ, quæ est rerū bonarum, et malarum scientia, partes sunt, Memoria, intelligentia, prouidentia. Tradunt Diogĕnem Xeniadæ filios, quorum auditor fuit, assuefecisse, ut scriptorum, et poetarū dicta plura, quæ in promptu essent, memoria tenerēt. Quarè cuidā adolescenti, cum pdidisset cōmentariola, rectè Antisthĕnes Atheniensis dixisse fertur. Oportebat ista animo magis, quàm chartis inscribere. Optimū uerò omnium iudicatur, quod à Catone obseruatum fuit. Si quæcunque interdiu uisa, lectaq; fuerint, sub noctem animo accuratissime repetantur: diurniq; omnis studij tacita secum, et diligens ratio exigatur. Erit autē illud per quàm utile, ut in regularum exercitationibus consuescant ornate componere. Vt exēpli causa. Oratio plerunq; uerbo claudatur: et quicquid ab alio pendet, anteponatur, quàm id, à quo dependet. Vt his exemplis.

Athenarum urbē sanctissimis legibus, ac institutis Lycurgus illustrauit.

Cic. li. 1. de Oratore.

Quītilian⁹.

Memoria cui necessaria.

Memoria assidue exercenda.

Plutarchus.

Memoriæ uirtus.

Prudentia quid

Prudentiæ partes.

Diogĕnis mos in docendo

Antisthĕnis apotegma.

Mos Catonis in discēdo.

Exercitationes regularū nō postponantur.

Oratiōis cōficiēdæ qualis ordo.

Tarenti Apuliæ arcem diuerso tormentorũ genere Hannibal expugnauit.

Scipionis Africani continentiam summis laudibus omnes extollunt.

Priscorũ Lacedæmonioꝝ mores oẽs admirãtur.

Veteꝝ Areopagitarum grauitatem Athenarum Respub. graui iudicio perpendit.

Oratio qualis eẽ debet

Sed quia orationis mentio nobis oblata est, qualis ea esse debet, uidendũ est. Docebuntur discipuli, ut oratio sit lenis, et pura: non sit affectata, ac supstitionis exquisitæ: sit lucida, emẽdata, tersa, uaria, ornata, perfecta, ac ipso uerboꝝ splendore illustris: sit plana, quæ prima est eloquentiæ uirtus, perspicua, lucida, nulliusq́; interpretis auxilio indigens. Eius uerò partes sunt sex. Exordium, in quo fiũt auditores attenti ad audiendũ, dociles ad intelligendũ, beneuoli ad retinendum. Post exordium sequitur Narratio, quæ breuis esse debet, superuacua deuitando. Dilucida, ut omnis obscuritas tollatur: Verisimilis, exponendo credibilia, ac probabilia. Sequitur post narrationẽ Diuisio, quæ in distribuendo non debet excedere numeꝝ ternarium. Duo enim, uel tria in oratione explicanda, et quæ ordine tractanda sint, proponuntur. Succedit Confirmatio, quæ est rerũ propositarũ efficax, atq; artificiosa probatio. Adiũgitur Cõfutatio, per quã reicimus, improbamus, et refellimus quæ ab aduersario nostro afferuntur cõtra sentẽtiã nostrã. Postremo sequitur Epilogus, quo solemus concludere, et perorare. Ea uerò laudatur conclusio, quæ tum breuiter, tum concinne repetens quæ dicta sunt, influit in auditorum animos, et facie exinde, ac memoriter teneantur. Hæc enim, ut scribit Cicero, est exitus totius orationis. quã aliq Cumulũ uocant: Quintilianus peroratio

Orationis cõficiẽdæ partes.
Exordium.
Narratio.
Diuisio.
Cõfirmatio
Confutatio
Epilogus.
Conclusio qualis commendatur.
Cicero.
Cumulus.
Quitilian'.
Peroratio.

nem appellat, et æque bene. Studebuntq; non tam uti uerbis pprijs, atq; antiquis, quàm domesticis, ac usitatis: ne dum antiquitati, quæ mater est ingeniorum, deferre uolumus, non tam antiqua, quàm decrepita, et, ut ita dixerim, ab extremis, abolitisq; iã retrò actis seculis euocata uideãtur. Ne'ue talia sint, qualia uix ipsa Euandri mater soluat, et Oedĭpus intelligat. Nam tanquã scopulum, sic fugiendũ esse infrequens, atq; insolens uerbum præcipit Cæsar in ijs libris, quos de Analogia scriptos reliquit. Hinc Phauorinus philosophus adolescenti ueterũ uerborũ cupidissimo ait, ut refert Gelius. Viue moribus præteritis, loquere uerbis p̄sentibus. At qui Cicero satis aperte præceperat, in dicendo uitiũ uel maximũ esse, ab uulgari genere orationis, atq; à cõsuetudine cõmunis sensus abhorrere. Curandũ est, ut uerba sint latina, et à cõmuni usu haud lõge abhorrentia: qualia personant in primis. M. Ciceronis libri, P. Terentij comœdiæ. Accedant et Sallustij, et Liuij historiæ: quæ ad hanc rem plurimum afferunt adiumenti: ex quarũ lectione potissimũ alitur, et pinguescit oratio. Carpebat Augustus Mæcenatem, et Tiberiũ, quòd abstrusa uerba summo studio aucuparentur. Sed ad dicendi genera transeamus. Tria sunt, ut Rhetores cõmemorant, dicẽdi genera. Extenuatum, siue Gracile, primum. Mediocre, siue moderatũ, secundũ: Huber, siue Graue, tertium. De quibus nos latius in libello conscribendarũ epistolarũ tractauimus: ad quẽ te reicimus. Nec omninò erit absurdũ, etiã cum ad maiora studia pueri trãsierint, ad easdẽ grãmeticæ institutiones reuocẽtur: Donec mentibus sic inhæreant, ut nulla tp̄is itercapedine, nulla negotiorum uarietate elâbi queant. Sed cũ earũ notitiã iam assecuti erunt, coniungenda erit syllàba

Quib' uerbis utendũ est pueris.

N cõstrãtæ hæc appellata uates, postea Carmenta.

Oedĭpus

Cæsar.

Phauorin'.

Cicero.

M. Ci. libri.

P. Terentij comœdiæ.

Sallustii, et Liuij historiæ.

Augustus cur Mæcenatẽ et Tiberiũ carpebat.

Tria dicẽdi genera.

Syllabarũ, uersuũq; cognitionẽ necessariã esse

D. Augusti- librũ d̃ musica ædidit.

rum, uersuũq́; cognitio. Cuius tanta est utilitas, ut aptè dicere ausim, neminẽ posse iure doctũ appellari, cui hæc ratio ignota fuerit. Quarè priscoꝝ diligẽtiam mecũ non admirari, et laudare pariter non possum: Qui licet ad maiora anhelarent, nolebant tñ hæc minima se fugerẽ. Vnde. D. Augustinus librũ de Musica ꝯscribit, ubi pedum exeqtur rationẽ. Sed omissa illoꝝ authoritate, sola huiusce rei utilitas, immò et necessitas facile declarat, quanto studio ea sit ꝑcipienda. Neq; enim rectè ꝓnuntiare absq; ea sciẽtia qspiam potest: immò qđ maius est, non rectè itelligere. Multa enim in poetis iuenîmus diuersis qdẽ casibus, sed eodẽ fine ꝓnũtiata: q syllabaꝝ ignarus, nullo pacto discernet. Vñ illud Maronis ĩ bucolicis

Neminẽ sine syllabarum sciẽtia. posse rectè pronũciare

Virg. in Tityro.

Cui pendêre sua patereris in arbore poma.

et in Aeneide.

Virgi. li. 8. Aeneidos.

Filius huic fato diuûm, prolesque uirilis

Nulla fuit, primaq́; oriens erepta iuuenta est.

Quid? quòd aliqua sunt diuersæ penitus significationis, sola unius syllabæ ꝓlixitate, uel correptione dignoscenda. Postremo etiam si nihil utilitatis afferret, saltẽ uoluptatis causa id appetendũ esset. Nam sicut pulsante optimo Citharœdo, magis delectatur qui eius artis cognitionẽ attigit, quàm q ignorat, ita et in poetaꝝ lectione maiore suauitate afficitur q uersuum rationẽ habet, quàm qui ea caret. Nec in carmine tantũ ea ꝓdest, sed in ea, quã Rhetores uocant numerosam orationem: quæ pedibus metricis cõstat. Quã qui ab alijs scriptam intelligere nõ poterit, multò certè minus eã ipse faciet. Ad eã scientiã in primis utilis erit Terentiani liber de syllabis: nec minus conducet Sulpitij de quantitate syllabarum libellus: et quorundã recentioꝝ, ut Aldi nostri Manutij in eo genere eruditæ traditiones. Sed ubi pe-

Numerosa oratio.

Terẽtianus. Sulpitius Aldus. Manutius.

dum enumeratione͂, quam uulgò scansione͂ nuncu pant, ex prima quadã degustatione assecuti fuerint, reliquã syllabarum cognitione͂ ex frequenti poetarum lectione planius ediscent. Proinde quàm plurima Virgilij i primis, Horatij, Tibulli, Proptij, et Ouidij carmina memoriæ tradant: ut ad oe͂m syllabarum quantitate͂ optimorum poetarum authoritate nitantur, et exemplo. Declamare aũt in ijs oportebit: ut assiduitate pedum, numerũ etiã solo uerborum cantu annotent. Deinde alia uersuũ genera ex ijs pdiscent, qui de ea re uolumina scripserunt: ut nihil in hac utilissima scientia intactum prætermittant. Illud autem hoc loco præmonere uelim, ut ait Satyricus poeta.

Enumeratio.

Poetarum carmina memoriæ cur tradenda.

In poetis declamandũ.

Iuuenalis Satyra. 8.

Verum
Credite me uobis folium recitare Sybillæ.

Nemine͂ posse absq; græcarũ literarum scientia in hac uersuũ doctrina iacere fundame͂ta, et, ut ita dicam, medullã penitus introspicere. Tametsi plerosq; esse sciam, qui eam latinis literis necessariã esse negent. Nanq; ut omittã, quòd neq; diphthõgos, neq; aliã in alijs, quæ plurima à Græcis sumpta apud latinos reperiũtur, rectè scribendi normã tenent. Quãti id æstimandũ, quòd nr̃orũ uocabulorum maxima pars inde origine͂ traxit? Quòd multa in scriptoribus reperiuntur, quæ nullo modo huius linguæ ignarus explanabit? Scyllã Nisi Megare͂siũ regis filiã, in aue͂ conuersam, à tonso capillo, Cirim esse nominatam Naso testatur, cum inquit.

Nemine͂ sine græcarũ literarũ sciã posse iu uersuum doctrina iacère fũdamenta.

Pluma fuit: plumis in auem cõuersa uocatur
Ciris: et à tonso est hoc nomen adepta capillo.

Scylla
Nisus
Ciris
Oui. lib. 8 Metamor.
Ciro

Quod sanè intelliget nemo, nisi Ciro, tondeo esse cognouerit: Multa sunt eiusmodi, quæ cõmemorare ad susceptũ opus minime ptinent. Nos aute͂ et ueterũ doctissimorum exe͂pla, quorum nemo græcæ linguæ

Horatius in poetica

expers fuit, et Quītiliani authoritatē, qui à Græcis nr̄a effluxisse ait, et Horatij exhortationē sequentes.

Vos exemplaria græca
Nocturna uersate mãu, uersate diurna. Quādē.
Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Musa loqui.

Quītilian⁹.

Quo enim pacto eā linguā discere possint, pro īgenij nostri captu cōmostrabimus. Nec sanè me fugit, Quintilianū, ut ab' ea ipsa sumatur exordiū, p̄cipe: quod mihi difficilius ea ratione uidetur, qa cum ea lingua nobis naturalis non sit, nisi aliquid loquēdi principiū ex nostra habuerint, in ea pdiscēda pueri nescio quo modo deterreantur. Atq; ita mihi psuadeo, Quintilianum sic p̄cipisse, quia suis tpibus latinā linguā oēs haberent: nec in ea pdiscēda tantū elaboratione opus esset. Vidi ego, quo tpe Brixiæ degebā, nōnullos sub Ioanne Andrea Rufo Callepio huius linguæ non minus, quàm Romanæ doctissimo, postquā nostræ fundamenta contigerant, uno anno tantùm in græcis pficisse literis, ut quos nunquàm uiderant libros, per se in latinā linguā adeò integre, adeò fideliter conuerterent, ut ab omnibus facile pbarentur. Postquàm igitur adolescentes latinā linguā mediocriter tenuerint, ad græcā nauiter operam ipendant, atque arripiant nec confuse tñ, et inordinate, ut à plerisque tradi cōsueuit. Sed eas habeāt regulas, quas Manuel Chrysolôras cōposuit: Deinde ad Constantinū Lascarem, et Theodôrum Gazam transeant, donec ad authorū intelligentiam idonei à p̄ceptoribus habiti fuerint. Admoneantur itaque inter docendū pueri, maxime uerborū tēpora generali quandā p̄ceptione deriuare: et ea, quæ apud illos Anomala uerba sunt, tanquàm ungues calleant. Sic enim facillimè, qđ in ea lingua utilissi-

Quītilian⁹ cur à græcis icohādū p̄ceperit.

Ioā. Andreas Callepi⁹

Līgua Græca quo pacto discatur

Mãu. Chrysolôras.
Cōstāti. Lascares.
Thedorus Gaza.

mũ eſt, nomẽ à uerbo, et uerborũ tẽpora et prima facie diſcernent. Hoc aũt in frequenti, et diligenti pceptoris interrogatione cõſequẽtur. Paulatim igitur ad ſcriptores pgredientur: et ad eos primũ, qui ſoluta oratiõe faciliores ſunt. In quo nullũ ipſe Iſocrãti, ac Luciano pferendum etiã contenderim. Q uò igitur quiſq; durior erit, eò poſterior diſcipulis tradat. Itidẽ in facilioribus primũ exerceãtur poetis, nẽpe (ut ipſe cenſeo) Ariſtophãne Comico, et Theocriti bucolici carmine: ac ſic deinceps ad poetarũ princi pẽ Homerũ peruenient: qui ſicut noſtris oĩbus quẽdã fontem pbuiſſe uidetur, ita ad diſcendũ non erit difficilis. Hinc erit illa animi uoluptas, ut Virgilij imitationẽ contẽplari queant. Q ui tanquàm in ſpeculo diuinã Aeneida ad illius opa conformauerit: adeò ut quàm plurima in Virgilio cõperiãtur, quæ eadẽ apud Homerũ ſint: nec res tantũ, ſed et uerſus pluri mos ad uerbũ tralatos conſyderabunt. Sicut idem quoq; et de Theocriti bucolicis, et Heſiodi georgicis ab eo factũ eſt. Deĩnde Hiſtoricis, Tragicis, et Comicis inſudabunt. Hoc aũt in primis ſeruent, ut in ea lingua uocabulorũ uarietatẽ, et copiã, quibus maxime abundat, non tam memoria, quàm et ſcri ptis colligãt atq; eò promptiora erunt, ſi in ordinẽ redacta fuerint. Ex hac enim ſcribẽdi aſſiduitate mẽti magis iprimuntur accentus: quorũ ſermo ille plenus eſt: aut ſi qua forte alia, ut eſt natura labilis, effluxerint, habebunt, quò tãquàm ad theſaurũ ſe recipiant. Q uapropter id non mediocriter cõducet, ſi ab initio exſcribere didicerint, et in eo uehemẽter ſe exercuerint: qđ etiã ad legendi prõptitudinẽ non parum confert. Nolumus tñ dum eã linguã ediſcũt, noſtram penitus omittant: ne quadã deſuetudine il lam obliuiſcantur, et deĩnde opus ſit ad prima iterũ

Iſocrãtes. Lucianus.

Ariſtophãnes. Theocrĩtus Homerus.

Virgiliũ in æneide Homerũ imitatũ, Theocrĩtũ in bucolicis, Exiòdũ i Georgicis.

Q uæ ſeruãda i lingua græca.

Aſſiduitatẽ ſcribẽdi mĩtũ cõferre.

elementa recurrere. Sed si eas, quas diximus, græcorũ primas regulas habuerint, tunc ad Prisciani, ac Laurẽtij Vallæ, cæterorũq́; grãmaticorũ lectionem, cognitionẽq́; transcendant. Vbi ea, quæ breuiter ab initio cognouerant, diffusius accipient: et multa uidebuntur scriptorũ authoritate licere, quæ prius propter discendi cupiditatẽ, eis icognita fuere. Sub idẽ tẽpus et in Ciceronis epistolarũ imitatione uersent: ex quibus tum elegantiã styli, tum facultatẽ, et sermonis puritatẽ, sententias, grauitatẽq; adipiscẽtur: Quas si memoriæ mandauerint, mirificos postea apparatus i scribẽdi prõptitudinẽ habebũt. Magnũ aũt pueris calcar ad literarũ studia adijciet declamãdi consuetudo, atq; in publicũ, habendæ orationis causa, prodeundi. Nã quò maiorem sibi propositã esse laudem circunspectante multorũ turba itelligent, eò magis ad percipiendas literas, et quidem elegantiores incendentur. Fientq; (quod in ea ætate maximũ existimandũ est) alacri animo, et intrepido: et ad obeũda postea reipu. negotia, cũ maior succreuerit ætas aptiores. Quare exercenda erit eorũ uox, et pronuntiatio debitis, ac castigatis rationibus informanda. Quñ uel attolli, uel moderari, uł deprimi debeat: ubi suspendendus sit spiritus, ubi claudẽdus sensus, uñ incipiendũ. Aĩaduertendũ est, ne prõũciatio nimis in canticũ dissoluta sit, ne ue plasmate (ut à plerisq; fit) effeminata: Hinc Cæsar cũ adhuc prætextatus esset dixisse fertur. Si cãtas, male cãtas. Si legis bene cãtas. Sed quia pronunciationis nobis obiter mentio oblata est, per pauca de ea uidebimus. Est enim prõũciatio, ut scribit Cicero, uocis, uult[9], et gestus moderatio. Quæ, eodẽ authore in tertio de oratore, una i dicẽdo dominatur: sine hac sũmus orator esse in numero nullo potest: mediocris hac instructus, sũmos sæ

Priscianus, et Valla in primis legẽdi pueris.

Cice. epłæ ad styli elegãtiã, et sermonis puritatẽ legẽdæ

Declamãdi consuetudinẽ multũ cõfert.

Vox, et pronũciatio exercenda.

Pronunciatio nõ sit in cãticum dissoluta.

Cæsar.

Pronunciatio quid.

Ci. li rhe. I.

Cic. li. 3. de Oratore.

pè supare. Huic primas dedisse Demosthěnes dicit, cũ rogaretur qd in dicẽdo eẽt primũ, huic secũdas, huic tertias. Diuidit in uocis figurã, et corporis motũ. Ad actionis aũt usum, atq; laudẽ, maximã sine dubio partẽ uox obtinet: quæ primũ est optãda nobis, deinde quæcunq; erit, ea tuenda. Ad uocẽ obtinẽdã in dicendo nihil est utilius, quàm crebra mutatio nihil pnitiosius, quàm effusa sine intermissione cõtentio. Quid? ad aures nostras, et actionis suauitatem quid est uicissitudine, et uarietate, et cõmutatione aptius? Sed ad uocẽ accedamus. Vox enim debet esse clara: quod nos assequemur, si sedata, et depressa utemur: si in loquendo, legendo, pnũciando eã exercebimus: Hoc enim modo uox clara, et sonora efficitur. Exercendã esse uocẽ monet Quintilianus quotidiana exercitatione. Demosthěnes adhibita exercitatione, uocis defectũ emẽdauit, demissis in os aliquãndo lapillis. In uoce, inqt Cicero lib. offi. prio, duo sequamur, ut clara sit, ut suauis. Vtrunq; omninò à natura petendũ est. Vex alterũ exercitatio augebit, alter imitatio presse loquentiũ, et leniter. hæc ille. Ita debem⁹ dictiones, et syllabas exprimere, ut nulla linguæ pplexione obscurentur. Voce autẽ uti debemus sedata, et pressa, non autem cõtinua, et acri nimiũ. Maximã pnuncia tionis suauitatẽ scribit Cicero fuisse in Catulis. Idem in libro de claris oratoribus ad Brutũ. Fuit, iquit, igitur in Catulo sermo latinus: Quæ laus dicendi non mediocris ab oratoribus plerisq; neglecta est. Nã de sono uocis, et suauitate appellãdax literax, qm filiũ cognouisti, noli expectare quid dicã. Multa, et huberius Cicero li. iii. de oratore de pnũciatione, quã alio noie Actionẽ appellat. Acuta exclamatio, clamosa pnunciatio uocẽ, et fauces uulnerat: eadẽ læ-

Sola pnunciatio in dicẽdo dominatur.

Pronunciationis diuisio.

Ad uocem obtinẽdam quid utile.

Vox qualis esse debet.

Vox exercẽda.

Quitilian⁹.

Demosthẽnis idustria.

Cicero lib. prio offici.

Quot seqnda, ut uox sit clara, et suauis.

Voce qua nobis utendum.

Cic. li. 3. de Oratore.

Cice. de claris oratori.

Cice. lib. 3. de oratore. Actio.

dit auditorē. Habet enim quidā illiberale: et ad muliebrē uociferationē potius, quā ad uirilē dignitatē in dicendo accomodatā. Ornata est ꝓnūciatio, cui suffragatur uox facilis: plena, ꝑfecta, flexibilis, firma dulcis, durabilis, clara, pura, secans aera, auribus sedens. Vox ultra uires urgenda non est: nā et suffocatur sæpè et maiore nixu minus clara est, recreatur enim spiritu uox: Acutas uocis exclamationes uitare debemus: ictus enim fit, et uulnerātur arterîæ, acuta, atque extenuata nimis acclamatione. Vox quæ uarie tractata est reducitur in sonum quēdā æquabilē, atque constantē. Conseruat uocē continui clamoris remissio: auditorē maxime delectat. Sed reliqua ꝓseq̄mur. Moderāda, castigādaq́; itidē sunt totius corporis membra: ut nullus ex eis exeat gestus, aut motus, qui non dignus oīum cōmēdatione esse uideatur. Adhibeant pueri oculis modū: qui non erunt huc, et illuc, more insanientis, dirigēdi, non extollendi, sed cum intuentiū gratia, et amore regendi: non rotandi, non in aliā corporis partē declinandi. Caput erit non tremulū: qđ in Claudio Nerone in quātulocūque actu fuisse legimus: eius motus uultui, et uerbis sit accomodatus. Oris maxima habēda est ratio: ne labra quoquo modo torqueantur, ne rictus distendātur: ne lingua more canis appulæ ꝓferatur: ne titubet, aut uacillet. Quod Claudio Neroni sūmæ deformitati ad scribit. Vox ne uideatur è labris effluere: ne ulla excreatio imodestius emittatur: ne districtis dentibus, uel dissolutis labellis uerba ꝓferantur. Ne inter loquendū agitentur manus: Caueant pueri ne auribus, uel naribus, aut capiti ad scalpendū manus admoueant: nō eas laxius aperiant, non hincinde iactare, non inuicē ꝑfricare assuescant. Pedes inter sedendū non agi

Ornata pronunciatio.

Acute uocis exclamationes uitādæ.

Vocis conseruatio.

Oculorum modus qualis.

Capitis motus.

Claudius Nero.

Oris maxima habēda est ratio.

Claudius Nero.

Vox qualis inter loquēdum.

Manuū qualis agitatio

Pedes non [illegible] agitandos

teni: quod Chrysippus, dum potationibus indulgeret, facere cõsueuerat: Adhibeant risui quàm maximã moderationẽ. Duo potissimum dãnauit Isocrãtes, et risũ temerè factũ, et uerbũ cũ audacia. Quod hoc qdem iprudentis, illud uerò esset insaniẽtis. Plato nunq̃ ridere, nisi modice deprehensus est. Catonẽ semp moderatũ, ac tardũ ad risum fuisse accepim⁹. Memorat Apollonius se nũq̃ Galbã ridentẽ uidisse. Xenocrates quoque rarẽter risit. Cui Plato pcepit, gratijs sacrificaret, ut foret hilarior. Claudius Nero dehonestabatur risu: erat enim rictu spumãte, et humentibus naribus. Oia rex oium, inqt Seneca epistola. liii. si obseruentur, indicia sunt, et argumentũ mox: ex minimis quox licet cape.. Impudicũ et icessus oñdit, et manus mota, et unũ interdũ respõsum, et relatus ad caput digitus, et flexus oculox. Improbũ iterdũ risus, insanũ uultus, habitusq; demõstrat. Animaduertant pueri, ne per interualla fiat icessus. Is enim incessus, inquit. D. Ambrosius, ac incedẽdi modus est seruandus, ut in eo authoritatis species, pondus grauitatis, uestigium trãqllitatis esse uideatur: motũ natura informet: si quid uerò in natura uitij est, emendet industria: Vbi ars desit, non desit correctio. Studeant quàm maxima retinacula linguæ adhibere. Monebat Isocrãtes, ut tantum ea loquere mur, quæ uel certò sciremus, uel dignitas nostra tacere non pateretur. Laudat Epaminundas à Pindaro, quòd simul sciret, et taceret. Solon, cũ alijs loquentibus nihil diceret, interrogatus, utrũ uerbox inopia taceret, an stultitia, rñdit. Neminẽ stultũ tacere posse. Qui enim moderabitur labia sua, prudẽtissimus est, ait sapiens. idem. Stultus quoq; si tacuerit sapiens reputabitur: et si cõpresserit labia sua intelligens. Zeno stoicox princeps cuidã loquaci adole-

Chrysippi incuria.
Risus cohibendus.
Isocrãtes
Plato modice ridere deprehẽsus.
Cato tarduś ad risum
Apolloni⁹.
Galba nunquã risit
Xenocrates
Plato.
Seneca epistola. 53.
Incessus qualis.
D. Ambro
Linguæ retinacula adhibenda.
Isocrãtis pceptum.
Epaminundas.
Pindarus
Solonis responsum
Stultus si tacuerit sapiens reputabitur.
Zeno.

scenti dixit. Non ab re duas aures hoibus, atq; unũ os tantũ fabricauit natura: quo tam solerti artificio nos planè admonere uoluit, ut pauca loquamur, et multa audire debeamus. Interrogatus Anacharsis Scytha, qd nã hoibus esset bonũ, ac malũ simul. Recte linguã esse dixit. Linguã habere laudabilẽ, propriũ esse uirtutis, dicebat Cleobŏlus. Amico, ĩquit Pitacus Mitylenẽus, noli maledicere, ne inimico quidem: pudicitiã ama, ueritati stude, tẽpus nosce. Studeant etiã pueri seruare uerecũdiã: quæ, ut ingt Aristotẽles in libris rhetoricorũ, est dolor qdam, atque perturbatio ex malis aut p̃sentibus, aut p̃teritis, aut futuris, quæ infamiã inferant. Plato in Charmĭde de tẽperantia sic scribit. Tunc, ĩquit, genæ Charmĭdis rubore suffusæ, gratiorẽ formã ostẽdũt: nã pudor eã ætatẽ decet. Nõ ad quãuis ætatẽ, scribit Aristotẽles, sed ad iuuenilẽ ptinet uerecundia. Censemus eos, q eius ætatis sunt, uerecundos esse oportere: eosq; laudamus adolescentes, qui uerecundi sunt. Pudẽtes, inquit Cirus apud Xenophõtem, quæ turpia sunt, in propatulo fugiunt: temperantes, ac pudici etiam in obscuro. Verecundia, inquit Seneca, bonum in adolescente signum. Hinc Comicus dixit. Erubuit, salua res est. Cato dicere solebat, se longe plus delectari adolescentibus, quorum uultus rubore potius, quàm pallore perfunderentur. Diogẽnes cum uidisset adolescentem rubore perfusum, pulchre illi dixisse fertur. Confide fili, huiuscemodi est uirtutis color. Homerus loquens de Hectore dicit, Quòd pudore cogebatur, ne cederet hostibus. Dicebat enim, Polydămas me primus redarguet: pugnabat potius pudore, quàm recta ratione. Virgines Milesiæ, ut scribit Plutarchus, cum inaudita cupiditate mortis seipsas ultrò suspendio interimerent, neq;

ullo

Natura cur duas aures, et unum os hoi fabricauit.
Anacharsis
Lingua bonũ, et malũ hoibus.
Cleobŏlus.
Pitacus.
Inimico nõ maledicẽdũ
Verecũdia quid.
Aristotẽles In rhetori.
Plato in Charmĭde.
Aristotẽles.
Verecũdia cui cõpetit.
Cirus.
Xenophon
Verecũdia ĩ adolescente bonũ signũ
Seneca.
Terentius ĩ Adelphis.
Cato.
Diogẽnes.
Homerus.
Hector.
Polydămas
Milesiæ Virgines.
Plutarchus

ullo remedio id prohiberi posset, decretum fuisse, ut quæ ita se enecassent, proferentur in publicum omnes suspēsis corporibus, atque nudatis: apud quas tātum potuit pudoris ratio, ut eo solo deterritæ, ab inhonesta illa morte in posterum abstinerent. Caueant pueri ab ornatu muliebri. Hinc Ouidius.

Ornat⁹ puerorum. Oui. i epl'is.

Sint procul à nobis iuuenes ut fœmina compti:
Fine coli modico forma uirilis amat.

Et Satyricus poeta in homines sui temporis effœminatos inuehitur: qui à mulieribus colentibus bonam deam nihil differebant.

Iuue. saty

Accipient te
Paulatim, qui longa domi redimicula sumunt
Frontibus, et toto posuerunt monilia collo.
Atque bonam teneræ placant abdomine porcæ.

Mollis ornatus, inquit Quintilianus, et expolitio cutis, uirum non ornat, sed eius mentem indicat. Non est, inquit Seneca, ornamentum uirile, concinnitas. A' forma, scribit Cicero libro officiorum primo, remoueatur omnis uiro non dignus ornatus. D. Hieronymus pueros cincinnatulos, et calamistratos acriter damnat. Ambrosius scribens ad Irenæum. Quid, inquit, de alijs dicimus, qui hoc ad luxuriam deriuandum putant, ut calamistratos, et torquatos habeant in ministerio, ipsi promissa barba, illos remissa coma: meritò illic non seruatur castitas, ubi non tenetur sexus distinctio. Quàm deforme uirum facere opera muliebria: ergò et pariant, ergò et parturiant, qui crispant comam sicut fœminæ: et tamen illæ uelantur, isti belligerant. Fugienda sunt hæc nimirum, ac tanquàm Gorgonis facies maxime formidanda: quæ et magnis nonnunquam, ac præstantibus hominibus summam ignominiam, maledicendiq; causam pepererunt. Vespa-

Quītilian. Expolitio cutis mentē indicat. Seneca. Cic. li. 1. of. D. Hieron. D. Ambro. Castitas nō suatur ubi sexus distinctio non tenetur.

Vespasiani In adolescẽtẽ obiurgatio.
Vsus speculi pueris nõ īprobãdus.
Zeno.
Inuidia pueris detestanda.
Basilius
Inuidi serpẽtibus pnitiores.
D. Chryso.
Inuidus dæmone peior.
Chryso. Homelia, 53.

sianus quendam adolescentulum unguento fragrãtem, cum sibi pro impetrata præfectura gratias ageret, uoce grauissima increpauit. Maluissem, inquit, allium oboluisses: literasq́;, ob id ĩdignatus, quàm primum reuocauit. Speculi usum nõ improbamus pueris, modò suscipiant oculorum salubritatis, aut modestiæ causa. Legimus Socratem adolescentes cohortari solitum, ut se Speculo frequentissime inspicerent: ut si forma essent insignes, decorem se animi erubescerent degenerare: sin secus, deformitate laborarent, corporis uitium animi pulchritudine emendarent. Si uerò propter muliebrem lasciuiam eius consuetudo frequentissima habeatur, arguit quandam animi leuitatem, neque nota infamiæ caret. Zeno probo dedit cuidam adolescenti, cui cum nimio se studio componere ad Speculum solitus, nimis lente quoddam uehiculum transcenderet, meritò inquit, suspectum habet lutum: neq; enim in illo ueluti in speculo intueri potest. Animaduertant pueri, ne inuidiæ tormentis tabescant: Nullum crimen, inquit Basilius, pernitiosius inuidia humanis mentibus est ingenitum. Inuidos enim esse pernitiosiores serpentibus: siquidem serpentes per plagas emittunt uirus pestiferum. Inuidi ipso etiam aspectu noxij esse dicũtur. Scribit. D. Chrysostomus in Homelijs. Inuidum feris, ac Dæmone esse peiorem: quod peccatum omni uenia carere putat. Nam fornicator quidem concupiscentiam prætẽdere potest. Fur paupertatem, homicida furorem: frigidas quidem, et irrationabiles habent tamen, quas prætendunt excusationes. Inuidus uerò quam dicat causam? nullam penitus: nisi tantum, intensam nequitiam. Idem Homelia quinquagesimatertia. Inuidere, inquit, peius est, quàm bellum inferre. qui enim bellum ge

rit, soluta causa, propter quam gerebatur bellũ, inimicitiam quoque dissoluit. Inuidus autem nunquã efficitur amicus, et ille quidem apertam ostendit pugnam: hic autem obumbratam: et ille quidem legitimam habet, quã dicat impugnãdi causam plerũq;: hic autem nihil aliud præter inuidiam, aut diabolicam mentem. Itaque cui talem aliquis animam cõparauerit? Cui uiperæ. Cui uermi? Cui cantharidi? Nihil enim huiusmodi scelestius anima, peius nihil. Inuidos, dicebat Agis Lacedæmonius, duplici dolore torqueri: Nam dolent, inquit, ex suis malis, et ex alienis bonis. Vtinam, inquit Socrãtes, inuidi in omnibus ciuitatibus oculos, et aures haberent, ut de omnibus profectibus torquerẽtur: Quot enim sunt huminum gaudia, tot sunt inuidorum gemitus. Alexander scitè apud Curtium dicebat. Inuidi sunt sui ipsorum tormenta. O uirtutis, inquit Cicero libro rhetoricorum quarto, comes inuidia, quæ bonos insequëris plerunque, atque insectaris. Vnde uenuste quidam græcum uersum transferens, elegiacum metro de inuidia sic lusit.

Agis Lacædemon. Inuidos duplici dolor torqueri. Socrates. Alexander. Q. Curtius. Inuidi sui ipsorũ tormẽta. Cice. lib. 4. rhetoricorũ

Iustius inuidia nihil est: quæ protinus ipsum
Authorem rodit: excruciatque animum.

At uerò ad Alteram Grammaticæ partem, quã Historicen diximus nominari, pueri traducantur, iam tempus erit. Sicut reliquas sub compendio prius regulas didicerint, ita eos, qui res gestas carptim collegerunt, prius perlẽgant. Quo in genere Valeri. Max. et Iustinus eis offeruntur. Ex quibus et externam, et Romanam historiam uno fermè aspectu cõtemplabuntur. A Valerio ea præstabitur utilitas, ut ad omnes uirtutum partes, ad egregia tum dicta, tum facta exemplis orationem ipsam exornent: reliquos deinde historiographos ordine perlegẽnt.

Val. Max. Iustinus.

Quid ex historiarũ lectione utilitatis capiat

Hinc uariarum gentium instituta, hinc leges, hinc uarias hominum fortunas, hinc diuersa ingeniorum uitia, et uirtutes excerpẽt. Quæ res maxime in quotidiano sermone facundiam, et in uarijs rebus prudentiæ opinionem creabit. Eodem quoque tempore poetas omnes ordine percurrent: in quibus uerisimilium figmẽtorum utilitatem obseruabunt: eamque ad quotidianæ uitæ cursum, institutionẽq; sub fabulamentis cõtectam reuocabunt. Ea enim à poetis conficta esse Cicero arbitratur, ut in fictis personis imaginem quotidianæ uitæ ītueamur. Quod et. D. Hieronymus de Terentio sensit: Qui ad Furiam scribens de uiduitate seruanda, et ebrietate fugienda, Comici authoritatem adducit. Sine Cerere, et Libero friget Venus. Cuius, inquit, finis est, humanos mores nosse, atque describere. Ab ipsis iidẽ poetis fluuiorum, montium, nationum nomina, et situm colligent. A Virgilio autem inchoandum esse. D. Augustini confirmat authoritas, qui in hunc modum scribit. Virgilium propterea paruuli legãt: ut uidelicet poeta magnus, omniumque præclarissimus, atque optimus à teneris ebibĩtus annis, nõ facilè aboleri possit obliuione. Lucanus fortasse nõ absurdè post rhetoricen relinquetur. Cum eũ Quintilianus dicat oratoribus magis, quàm poetis imitandum esse. In quo tanta est utilitas, ut profiteri nõ dubitem, qui eum authorem probè intelligat, iam posse in doctorum hominum numero haberi. In deliberatiuo præsertim genere ipsius orationes adeò graues, adeò sunt artificiosæ, ut haud sciam, an ab aliquo rhetoricas obseruationes clarius colligere ualeant. Post Virgilium Statij Papinij Thebäis optime relinquetur. Nam cum ad illius imitationem cõposita sit, minor erit labor in discendo. Ex Ouidij

Cicero.

D. Hierony.

Terentius ĩ Eunucho.

Virgilio primus datur locus.

Lucan⁹ oratoribus po[et]i⁹ annume[ra]ndus.

Statii Thebäis.

Oui. Meta.

Metamorphôsi nihil fermè erit, quod præter fabulas eligant: quibus tamen miro ordine incumbēt. Credentque eas, non ut quidam putant, poetis tantum, sed etiam oratoribus congruere. Nam et Cicero tum orationes, tum reliqua uolumina fabulis plerunque, quasi quibusdam gēmis distinxit: reliquis eius operibus, cum per se ipsi legentes intelligere poterunt, incumbent. Illud tamē de Fastis in promptu habebūt: in quo et fabulæ quædam ignotiores, et historiæ, et fastorum ratio satis abunde pertractatur. Vtinam totus hic liber ad nos peruenisset: nullū enim haberemus, ex quo plenius et mores, et ueterum sacra pespiceremus. Tragœdiæ Senecæ cū propter fabulas multum iuuant, tum uerò propter sententias et uitæ, et sermoni quotidiano commodissimas: nam sicut grauissima omnia continent, ita lasciuum nihil. Est in tragœdijs uerborū grauitas, in Comœdijs elegantia. Vtiles Tragœdi, ad elegantiā plurimum conferunt Comœdi. Ad sermonis tum puritatem, tum proprietatem nemo Terentio magis idoneus. Quarè assiduitate legendi memoriæ commendandus est. Nam hic unus author præ cæteris uerborum proprietatem seruat: et latinam eloquentiam redolet, testis est Cicero ubique Terentianus. Huic Iuuenalem, quasi comitem addere nō uerebor. Nā hos duos qui in promptu habuerint, confidant omnia, quæ in quotidiano sermone contigerint, non modò ornatè prolòqui posse, uerum etiam ad omnem materiam, sentētiam aliquam habituros. Nec ideò quisquā ab illius SarYrici lectione terreatur, quia nonnullis in locis uitia quædam apertè nimis redarguit. Primum id raró facit: Deinde uitiosos magis, quàm uitiorum increpatores detestari oportet, illis uerò omissis, quæ pauca esse di-

Cicero plerūq; ofones fabulis contexuit

Ouidii, Fasti

Senecæ Tragœdi[illegible]

Terētii Comœdiæ memoriæ cōmendandæ

Cicero Terentianus. Iuuenalis legendus.

Plautus. ximus, nihil inueniemus non christiano homini cō gruum. Plautus non ad sales modò, qui uitæ sunt ornamento, sed ad eloquentiam uehementer prode rit. Cui Varro tantum tribuit ex Epij Stolonis sentē tia, ut dicat musas Plautino sermone locuturas, si la tine loqui uellent. Macrobius quoque duos antiqs temporibus eloqueniissimos fuisse scribit, et Comi cum Plautum, et oratorem Tullium. Horatius optī mam artis poeticæ cognitionem, et sermonis puri tatem suppeditabit: nec quenquam facile inuenies in rerum epithëtis Virgilio magis adhærētem. Ad de, quòd ad aliorum satyrorum intellectum multū nobis conducet. Persius breuis quidem, et obscu rus, sed id rerum uarietate compensat. Sunt et alij non quidem inutiles poetæ, sed alio tempore lecti tandi. Cæterum quia in poetis multa de astrologia, multa de situ orbis sumpta reperiūtur, haud erit in commodum tractatum spheræ. M. Manlium, Pom ponium Melam, Solinum, Hyginum, Strabonem, Plynium, Iouiani Pontani, Vraniam itelligere: Ad hanc rem etiā erit perutile Ptolemæi Geographiam attingere, picturāq; habere familiarem: ita ut in om nium locorum descriptione oculos mentis ad eam figuram applicent, et quasi præsentem intueri uide antur: aliter orbis descriptio quandam plerunque importat obscuritatem. Perspicuum iam nimīrum arbitror eum esse, qui in prædictarum rerum studijs fuerit eruditus, ad rhetorices disciplinam posse trā scendere. Ex qua cum dicendi artem fuerit assecu tus, non modò Ciceronis orationes intelliget, uerū etiam ex superiorum rerum uarietate et copiosam, et ornatam cum arte coniunctam parabit eloquen tiam. Nihil autem Rhetorica noua Ciceronis ad eā rem erit accomodatius, nihil utilius. Vbi omnes

Marginal notes: Plautus. — Epi⁹ Stolō. Musas, si la tine loq uo luissēt, Plau tino ore fu isse locutu ras. — Macrobius — Horatius — Persius. — astronomia necessaria — Ioā. De sa cro busto. — M. Manlius — Pō. Mela. — Solinus — Hyginus — Strabo. — Plynius — Pōtanus — Ptolemæi Geogra phia. — Ciceronis Rhetorica.

oratoris partes ut non prolixe, ita perfectè exponũtur. In qua quidem audienda declamare oportebit. Nam omni præceptioni exercitatio debet accomodari. Postea nõ erit difficile alios à Cicerone ad oratoris institutionem compositos libros pernoscere, et præcepta in eius orationibus tanquàm in speculo intueri: Similiter et Quintiliani in ea re uiri excellentissimi opera identidem percurrere. Verum cũ omnes Ciceronis libros assidue lectitandos, tum eos, qui morali disciplina referti sunt, qm̃ et utiles et faciles, nunquam intermittendos iudicamus. Ciceronis libri cum omnes excellentissimi sint, mea sententia, et libri officiorum, et Tusculanæ Quæstiones optinent principatum: alter quidem propter præcepta ad omnem uitæ partem idonea: Tusculanæ uerò propter uariam, multiplicemque rerum cognitionem, propter præcepta, quæ ad omnem ferme scribendi materiam largam nobis exhibent copiam. Paradoxa deinde sequantur: quæ interpretãtur, præter opinionem et admirabiles sententiæ, ex Stoicorum fontibus haustæ. Tum Dialogi de amicitia, qui Lælius dicitur. De Senectute, quæ Cato Maior inscribitur. Somnium Scipionis, qui Sextus est de Repub. Liber. His intendant, his uacent, his frequenter operam nauent quàm maximam. Et cũ semel, atque iterum Ciceronis libros legerint, studeant, ut eorum animis inhærescant: et memoria, quasi quodam thesauro recondantur. Optimum erit, et Dialecticorum argumenta, ac deinde Platonis uolumina ut perdiscant: ex quibus fontibus omnia Cicero hausisse, et ad eius imitationem se penitus conformasse uidetur: adeò ut quosdam etiã Dialogos Platonis more, et ab eo, qui in loquendo primas habet partes, et à materia ipsa inscripserit.

Exercitatio pceptiõi accomodãda

Quĩtiliani ĩstitutiones

Libri de of. et Tusculanæ ex oĩb⁹ Ciceronis lĩbris potissimũ legẽdi.

Paradoxa

Paradoxa quid

Dialogi

Cato maior

Somniũ Scipionis

Dialectic[a] necessaria

Plato legẽdus.

Aristotĕlis. Aethica. Oeconomi ca. Politica. Moralia. Rhetorici libri. Nichomăcus. Alexander.

Post hæc suadeo, ut Aethica, quæ de institutione uitæ, et uniuscuiusque moribus, Oeconomica, de gubernatione familiæ, Politica, de regenda Republica ab Aristotĕle conscripta sunt, legant, et assidue complectantur. Adde et illa, quæ Moralia uocantur, et exquisitissimi Rhetorici libri tum ad Nicomăchum, tum ad Alexandrũ regem. Quæ omnia postquàm adepti fuerint, tum non modò præceptore non indigebunt, sed ipsi alijs præceptores erunt idonei. Ita omnia per se et legere, et intelligere poterunt. Vbi primum per se studere incipient, operam dabunt, ut eos uideant, qui uarijs de rebus compositi sunt, authores. Quo in genere sunt principes. M. Varro, Nonius Marcellus, Festus Pompeius, Fabius Quintilianus, Asconius Pedianus, Plynius naturalis historiæ, quæ non minus est uaria, quàm ipsa natura, Gellius, Macrobius. His addimus. D. Augustinum de Ciuitate Dei: qui liber historijs, et tam ritu ueterum, quàm religione refertus est. Ita eorũ lectione, ac doctrina sese oblectent, ut menti penitus inhærentes, non facile memoria aboleri queant. Si quò semel imbuitur, odorẽ seruat testa diu, pro Flacci sententia: quem noster Hieronymus imitatus, Nescio, inquit, quo pacto etiam si qua plena sit, tamen eundem odorem lagena seruat: quo dum rudis esset, imbuta. Studeant pueri interdum leuioribus uti exercitijs tum ad corporis fortitudinẽ augẽdam, tum uerò ad conseruandæ bonæ ualetudinis rationem. Vt laboribus quandoque recreati, ad literarum studia consueta alacrius, ac fortius demũ consurgant. In quo Alexander Seuerus summis laudibus commendatur. Hic enim post lectionem, palæstræ, aut cursui, aut luctatiõibus mollioribus operam dedisse perhibetur. Diogĕnes post reliquas di-

M. Varro. Noni' Mar. Festus Pó. Fabi' Quí. Asconi' Pe. Plynius. Gellius. Macrobius D. Augusti.

Horatius li. 1. epla. 2. D. Hieron.

Exercẽdum est iuuenib'

Alexander Seuerus.

Diogĕnes

ſciplinas Xeniadæ filios inſtruebat equitare, arcus tendere, fundas rotare, iaculari: eoſque exerceri permittebat non nimio labore, ſed leuius tantum. Non iubeo, inquit Seneca in epiſtolis, te ſemper inſiſtere libris, aut calamis ſcripturæ pugillaribus. Dandum eſt interdum interuallum animo, ut non reſpuatur, ſed acuatur. Requies inquit Ariſtoteles libro politicorum octauo, eſt delectabilis: quia eſt medicina triſtitiæ, quæ conſiſtit in labore. Hinc Ouidius.

Xeniades.

Seneca.

Iuuenſi animos relaxidos eſſe

Ariſtoteles li. 8. politi.

Reqes medicina triſtitiæ.

Quod caret alterna requie, durabile non eſt:
Hæc reparat uires, feſſaq́; membra nouat.

Oui. i epis.

Requies, et Ludus, ut ſcribit Ariſtoteles libro æthicorum quarto, in uita uidentur eſſe neceſſaria. Et qa Ludus, ut idem eſt author libro politicorum octauo, ſit propter requiem, non alienum uidetur per ludos permittere pueris ſuorum laborum reſpirationem, modò nihil in ſe habeant turpitudinis. Ludus pilæ et honeſtus, et liberalis uidetur eſſe: adiuuat enim quàm maxime bonam ualetudinem. Eſt enim de ludis conſeruantibus ſanitatem, ut author eſt Ariſtoteles. Cui Dionyſius Siracuſanus, et Octauius Auguſtus dediti fuiſſe traduntur. Qui uerò à literarum ſtudiis aliquantulum reſpirare uoluerit, ſatius faciet, ſi cum æqualibus interdum de re aliqua tum ad mores, tum ad literas pertinente ſuauiter, ac per facete confabuletur, aut leui deambulatiúcula utetur. Id autē in littoribus, in apricis locis, in amœnis ſeceſſibus, aut uiretis fieri debet. Quod Scipionem, et Lælium factitaſſe legimus, dum à maioribus curis, quibus erant diſtricti, animum remittere uellent. Quique et calculos, et conchulas marinas lectitaſſe ſoliti fuiſſe referuntur. Omnium autem præceptorum illud et primum, et ſaluberrimū eſſe ſtatuimus: ad quod omnia uelut ad quendam,

Reqes et ludus pueris remittendi.

Ariſ. lib. 4. æthicorum

Ariſto. li. 8. politicorū.

Qui Ludus exercendus

Diony. Sir.

Octaui⁹ Auguſtus

Modus relaxandi aīos à ſtudiis literarum

Scipio Lælius.

Ordo ſtudēdi.

ut Græci dicunt Scopon, idest finem referenda. Vt adolescentes aliquãndò se doctores esse cogitent. Nam qui studiorum suorum testimonium nunquã sibi reddendum esse putauerit, multa omittet, plura leuiter, et, ut dicitur, in superficie illotis pedibus pertransibit. Nihil intime, et ad medullam usque tentabit itrospicere. Qui uerò oportere se quæ didicerit, docere existimauerit, omnia, quæ in quæstionem uenire possunt, sibi ipsi tanquam in dialogo proponet: et disputationis ueritatem elicẽre conabitur. Si quem etiam habebũt, cui, exercitationis causa, quæ audierint, legant, nihil hoc erit melius. Nam, ut inquit Quintilianus, Optimum proficiendi genus est, docere, quæ didiceris. Nec sint à pceptore audire contenti, sed qui in authores commentaria scripserunt, et probati sunt, eos ipsi perlẽgant: et radicitus, ut aiunt, sententias, et uocabulorum uim annotent. Nouas ipsi sententias, et ad res accomodatas exquirant. Illud etiam hoc loco addere uisum est, ut quisque suum ingenium recto iudicio metiatur: neque sibi magis, quã de se aliis credat. Suum quisq; opus, refert Cicero, à uulgo considerari uelit: ac si quid reprehensum fuerit, à pluribus id corrigatur: secum uerò, et cum alijs quid in eo peccatum sit, diligenter exquirat. Ambrosius ad Sabinum scribẽs, Malo, inquit, tuo corrigatur iudicio, si quid mouet, prius quàm foras prodeat: unde iam reuocãdi nulla facultas sit, quàm laudari à te, qđ ab alijs reprehẽdatur: ita q; arbitrũ te eorũ, quæ postulas, rogaui: neq; enim legi à te mea, quæ nonnunq̃ tribuo in uulgus, sed in tuæ calculũ uenire sentẽtiæ desyderaui. Nescio quo enim modo, præter iprudẽtiæ caligině, quæ me circũfundit, Vnũquenq; fallunt sua scripta, et aurẽ prætereũt: atquæ ut filij etiã deformes de

Aliis audita repetere, utilissimum discentibus Quĩtilian9.

Non fidẽdũ proprio iudicio.

Cicero

Ambrosius

Vnũquẽq; fallunt sua scripta

lectant, Sic etiā scriptorē idecores sermones sui palpant, incautius plerūq; aliqd promittitur, aliqd accipitur maliuolentius, aliquid exit ambiguum: tum quia alieno examinanda iudicio, non pro nostra debemus magis, quàm pro aliena opinione trutinare, et discutere omnes scrupulos maleuolētiæ. Idem ad eundem. Ego, inquit, beneficio annumero, siqs mea legens scripta, dicat mihi, quo uideatur moueri primum, quia et in his, quæ scio, falli possum: multa aurem prætereunt, multa quibusdam aliter sonant. Pulchrū est, si fieri potest, cauere omnia. hæc ille. Expositiones quoque in libros excribere uehementer conducet: sed tamen magis, si sperabunt eas in lucem aliquandò prodituras. Attentiores enim sumus ad ea, ex quibus laudem aliquā uenari studemus. Hoc enim exercitationis genus mirifice acuit ingeniū, linguā expŏlit, scribendi prōptitudinem gignit, perfectam rerum notitiam inducit, memoriam confirmat. Postremo studiosis quoque quandam promptuariam cellam expositionum, ac materiæ subsidium præstat. Sed omninò illud teneant, ut semper ex ijs, quæ legerint, aliquid conentur excerpere, ut antiqui facere solebant: Sibique persuadeant, quod Plynius dictitare solebat. Nullum esse librum tam malum, ut nō aliqua parte prodesse possit. Qua ratione ipse electorum centum sexaginta commentarios Opistogrăphos quidem, et minutissime scriptos reliquit. Quos aliquăndò, cum procuraret in Hispania. CCCC. millibus nummum Largio Lycinio uendere potuit. Ea uerò potissimū excerpent, quæ et memoratu digna, et raro inueniri uidebuntur. Studeant quoque memoria tenere sapientum dicta, præclara responsa, salutares monitus: Quæ omnia sibi abunde patebunt ex Diogĕ-

D. Ambro.

Oía cauere, pulchrū est.

Cōmētaria scribenda.

Null' libertā malus, ut aliqua parte nō prosit Plynius.

Opistogră. phos scripsit.

Clx.

Largius Lycinius

Sapiētū dicta memoriæ mādāda

Diogenis Laertii monimenta.
Sapientes septem.
Socrates
Stoici
Academici
Peripatetici
Pythagoricorũ mos.

nis Laertij elegantissimis monimentis: Quæ de moribus, et uita philosophorum inscripta sunt. Quorum è numero ea magis optabunt primum, quæ à septem sapientibus, deinde à Socrate, mox quæ à Stoicis, Academicis, Peripateticis tradita sunt. Erit hoc etiam ad orationis tum copiam, tum promptitudinem ualde idoneum. Si inter legendum ex uarijs libris sententias, quæ ad eandem materiam pertinent, annotabunt: et in unum locum colligent. Pythagoreorumq́; more quicquid excellens interdiu legerint, uel audierint, uesperi commemorabunt. Imprimuntur enim ea confirmatione, adeò ut non nisi difficillimè ex memoria aboleri queant. Validior enim erit illa impressio, si statuto aliquo mensis die perceptorum omnium memoria renouabitur. In Græcis quàm breuissime proficient literis, si cum primum fundamenta acceperint, non semper magistrum ducem expectabunt: sed ipsi se excitabunt, et magistri loco eos libros sibi desument, qui in latinum conuersi sunt: et unà cum græcis procurrendo, ex utrorumq́; lectione uocabula ipsi per se colligent. Siquidem nonnunquam præsertim in Ecclesiasticis libris nonnulli latine ad uerbum ferè uersi reperiuntur, ut interpretationis uersiculus paulò aut maior, aut minor sit. Hi ad hanc rem sic optimè conducunt, ut quosdam ego nouerim, qui hac ratione ad maximam huius linguæ notitiam absque ullo præceptore peruenerint. Frequentanda erit in primis græcarum literarum lectio: Nam si nostra tẽporis progressu desuetudine labitur, quid de ea cogitandum est, quæ nobis naturalis non est? Oportet autem legentem non introrsum, aut sub lingua immurmurare: Sæpè enim accidit, ut nec se ipsum audiẽs, plurimos uersus quasi illinc alienus excur-

Lectionem græcarũ literarum frequentandá esse.
Legentẽ qd deceat.

rat. Clara autem lectio cum ad intelligendum non mediocriter possit, utpotè auribus, uelut alio extrinsecus sonante, mentis attentionem acriter exuscitantibus, non parum etiam ad stomachi digestionē ualere ferunt ij, qui medicinæ secreta tenent. Nam, ut etiam ait Plutarchus, Vox, quæ spiritus motus est, non in superficie, sed penitus intestina corroborat, calorem auget, uniuersas emundat uenas, arterias etiam aperit: Superuacaneæ humiditatis uim constare, figiqui sinit in ijs uasis, quæ cibum assumunt, et exquocunt. Moderata exercitatio, inquit Aristoteles in æthicis, parit bonam digestionem, digestio bonum colorem, et ex otio sequitur pallor. Formæ autem, ut scribit Cicero libro officiorū primo, dignitas, coloris bonitate tuēda est: color exercitationibus corporis. Primam corporis curationem, docet Cornelius Celsus, exercitationem esse: Commode autem, ut idem scribit, exercent clara lectio, arma, pila, currus, ambulatio: exercitationis plerunque finis debet esse sudor, aut certè lassitudo: quæ citra fatigationem sit: idque ipsum modò minus, modò magis faciendum est. Exercitium, ut inquit Aristoteles libro rhetoricorum primo, ut in pluribus conseruat sanitatem. Hinc Cyrus apud Xenophontem inquit: Primum equidem operando, ne unquā saturer, id enim difficile est, et graue: Dein uerò per laborem immissa cōsumo: ita enim mihi uideor et perseuerantius bene ualere, et robustior fieri. Plynius Cæcilius scribens ad Fuscum, refert se lectionem græcam, et latinam clare quidem lectitasse, et intētè: non tam causa uocis, quàm stomachi. Ariston etiam dicere solebat, neque balnei, neque orationis non purgantis ullam esse utilitatem. Cauendum est, ne clamosa uox, et uiolenta fiat. Inten-

Clare legendum.

Plutarchi snia d̄ uoce

Vox quid.

Aristoteles

Moderatā exercitatio nem parĕre bonā digestionem.

Cic. li. 1. of.

Primā corporis curationē, exercitationē eē

Cornelius Celsus

Aristo. li. 1. rhetori.

Sāitas exercitio conseruatur.

Xenophon.

Plynii Cæ. mos in legendo.

Aristonis p̄ceptum.

Vox nō sit clamosa.

tiones namque nimiæ dirumpunt, et raucitatem frequenter inducunt. In magno plerunque numero legere si consueuerit, ea res pariet in pronunciandis orationibus audatiam: qua cum multos nostris tẽporibus carere uidemus, tum uerò Isocrâtes, quẽ eloquentiæ parentem Cicero appellare non dubitat, adeò huius audatiæ expers fuisse dicitur, ut ne unam quidem orationem memoriter pronunciare ualuerit. Inter legendum uerò prius subsistere oportebit, quàm ad sententiam terminatam, quam clausulam uocant, peruenerint. Quæ si primo, ut dicitur, congressu minime fuerit intellecta, reuocandus erit gradus: et attentiore mentis acie bis, terque legendum: donec obaudiens sensus diligentia pulsantis excitetur. Nec facient, quod superioribus annis quendam in legendis de Oratore Ciceronis libris facere audiuimus: qui uerba tãtum, et dictionis ornatum admirabatur, sensa uerò penitus omittebat. Sed imitandi sunt, qui uehementer sitiunt: ij enim non prius Tourem͂ata, et poculorum signa contẽplantur, quàm sitis ardorem restrinxerint. Ita studiosi primum sententias, moresq; decerpent: deinde ad dictionis florem cõuertãtur. Quædam sunt animalia, quæ florem depascuntur, ut apes: quædã uerò ramos, ut capellæ: quædam radices, ut sues. Studiosi uerò eorum exempla sibi proponant, quæ omnibus ijs uescuntur. In historia, quid egregie, qd noue dictum sit, in uerborum compositione pure, et eleganter scripta, in sententijs quid prudenter, qd fortiter, quid iuste, qd moderate annõtent. De poetica tamen, quæ de Polypödis capite traduntur, easdem ipsi sentiant. Aiunt enim, qui de secretiore huiusce piscis natura pertractant, sumptum caput in cibis plurimum suauitatis afferre: cæterum grauibus

Isocrâtes nullam palàm recitauit orõné.

Cicero in Bruto.

Snĩa terminata.

Clausula

Touremãta

Quid notã dũ in historia

Polypödis caput sũptũ qd efficiat.

in somnijs, turbulentissimisque uisis sensum afficere. Ita poetica hominum animos maxima quidem alit dulcedine, et pabulo: non minus uerò turbarũ ingerit, et agitationis. Quocirca inter legendum animi frenis opus est: nec ita fabularum studio efferri, ut figmenta illa sic nuda capiantur: sed unum quodque, quid utilitatis sub commento afferat, rimandum est. Quæ apud poetas impie, crudeliter, iniuste, ac turpiter dicuntur, non ea illis uitio danda sunt, sed artis excellentia consyderanda: quæ singulis personis suum decorum reddit. Vnum illud adiciemus præcepti quidem nostri, sed non utilitatis extremum: Quod tamen nõ magis præceptũ, quàm adhortationem existimari uolumus: ut nihil hoc literario otio dulcius, salubrius nihil esse pueri arbitrentur. Quod, ut inquit Cicero, adolescentiã alit, senectutem oblectat, delectat domi, non impedit foris: secundas res ornat, aduersis perfugium præbet: ac propterea nullum tempus ab ijs studijs prætérlâbi sinât. Hoc sit suum negotium, hic labor, hæc requies: in his uigiliæ, in his somnus reponatur. Quid enim honestius facere possunt, quàm cum otium appĕtunt, in eo otio uersari, quod ab omnibus et utilissimum, et iocũdissimum est iudicatum? Otium, inquit Seneca, sine literis, mors est, et quasi uiui hominis sepultura. Quantum reliqui temporis aleæ, quantum pilæ, quantum spectaculis, quãtum gladiatoribus, quantum denique rebus impudicis impendunt, tantum ipsi ad recolenda studia sumant. Vbi non deerit, quid rideant, quid spectent, quid admirentur, cui applaudant. Plynius Cæcilius uariorum negotiorũ decursum, multosque ineptissimos labores cum damnaret, laudans solitudinem, Postquam, ĩquit, in Laurẽtino meo aut lego aliqd,

Quid notã dum in poetica

Otio literario nil dulcius

Cicero.

Otiũ literariũ qd efficit.

Seneca

Otiũ sine literis, uiui hominis sepultura.

Plynius Cæcilius.

aut ſcribo, nihil audio, quod audiſſe, nihil dico, qđ dixiſſe pœniteat. Nemo apud me quequam ſiniſtris ſermonibus carpit: neminem ipſe reprehēdo: niſi tantum me, cum parum cōmode ſcribo: nulla ſpe, nullo timore ſollicitor, nullis rumoribus inquietor: mecum tantum, et cum libellis loquor. O egregiá, et ſinceram uitam, O dulce, honeſtumque otium, ac penè omni negotio pulchrius. O mare, o littus, o uerum, ſecretumque muſarum locum: quàm multa inuenitis, quàm multa dictatis. Pro arbitrio, inquit.

D. Ambro. D. Ambroſius ad Sabinum ſcribens, acceſo, quos uolo, atque adiungo mihi quos magis diligo, aut quos aptiores arbitror: nemo interpellat, nemo interpollat: tunc te magis teneo, et de ſcripturis confero, et prolixiorem ſimul ſermonem cedimus.

Ennius. Otio autem, iquit Ennius, qui neſcit uti, plus negotij habet, quàm cum negotium eſt in negotio. Nam cui, quod agat, iſtitutum eſt, nullo negotio id agit, ſtudet ibi, mentem, atque animum ſuum delectat:

Otioſo otio aius neſcit, quid uelit. Oticſo otio animus neſcit, quid uelit. Otium, cui literarum ſtudia ſunt coniuncta, ut ſanctiſſimum, ita et dulciſſimum.

Antiſthēnis reſponſum. Antiſthēnes Athenienſis interrogatus quidnam ex philoſophia lucratus eſſet, inquit. Vt ſecum loqui poſſet. Hoc eſt, inquam, illud otiū, quod honeſtum, quod dulce, ac penè omni negotio pulchrius palàm Plynius affirmabat.

Plyni⁹ Cæc. Plynii maioris ſtudiſi. Hac ratione Plynius Maior omne tempus perire arbitrabatur, quod ſtudijs non impenderetur: Cuius adeò parcus extitiſſe dicitur, ut Plynium minorem ſuæ ſororis filium ſæpius, quod ambularet, corriperet: quoniam ſcilicet hoc temporis illum perdere

Anagnoſtes. Lector. exiſtimaret. Quinimmò cum de maiorum more legere Anagnoſten, quem Græci dicunt, nos lectorem, iuſſiſſet, atque is quædam perperam pronūtiaſſet,

tiasset, quidam ex amicis reuocauit, et repetere coegit. Cui Plynius. Nempe intellexeras? et cum ille annuisset, cur ergo, iquit, reuocabas? Decem amplius uersus hac tua iterpellatione perdidimus. Plynius uerò Cæcilius, ut ipse ad Cornelium Tacitum scribit, etiam in uenationibus, dum ad retia sederet, nō uenabulum, aut lanceam, sed stylum, et pugillares in proximo habuisse se refert: Vt si manus uacuas, plenas tamen ceras inde reportaret. Catonē quoq;, qui post mortem Vticensis est cognominatus, ne tēpus perderet, interim dum senatus cogeretur, in Curiæ uestibulo Xenophontis libros, aliorumque Græcorum lectitasse solitum accepimus. Qua idustria, ut ostenderet alijs tempora deesse, alios superesse tēporibus. Turpissimam autem esse iacturam, quæ fiat per negligentiam. Accusasse naturā Theophrastus dicitur, quòd cornicibus, et ceruis longā præstitisset uitam, quibus diu uiuere nihil necesse erat, hominibus uerò breuem: Qui multis seculis ad infinitam rerum cognitionem indigebant: Quod an philosopho graui deplorare conueniat, ipse uiderit. Nos tamen hoc teneamus, non oportere inane hoc tempus effluere: quod ille breue nimis esse conquerebatur. Habent cæteræ animantes à natura aliquid istitutum, ut equi currere, aues uolare. Hominibus uerò sciendi cupiditas tradita est: quam nos eruditionem, institutionemq; in liberales artes, ac bonas literas appellamus: humanitatem Veteres quoque nominarunt. Quia sciētiæ studium ex uniuersis animātibus uni homini datum sit. Non solū, inquit Aristotèles libro politicorum octauo, pueri erudiendi sunt in arte utili, et necessaria, sed etiam in artibus liberalibus, ut est literarum eruditio, et in artibus delectabilibus, ut est Musica. Liberalia stu-

Plynius.

Plynij Cæcilij studiū. Cor. Tacit⁹

Catonis Vticēsis studiū.

Iacturā, q̄ p negligentiā fit, turpissimam esse.

Quid Theophrast⁹ cū natura expostulaṽ solitus.

Tēpus inane effluere nō pmittendum.

Hoī sciendi cupiditas tradita.

Eruditio Institutio. Humanitas

Ari. li. 8. politicorum.

Liberalia studia cur dicta

Seneca. dia, ut scribit Seneca, dicuntur, quia homine libero digna sunt: in quibus tādiu immorandum est, quā diu nihil animus agere maius potest. Non enim iuuenes à literarum studio cessandum, non à uirtutibus, non ab honestis actionibus feriadū est. Quid est stultius, iquit Seneca epistola septuagesimaseptima ad Luciliū, quàm quia diu non didiceris, non discere? Omnis ætatis homines hæc schola admittit in hoc senescamus, et iuuenes sequamur: in theatrum Senex ibo, et in circum deferar, et nullum sine me depugnabit, ad philosophū ire erubescam? Tādiu discendum est, quamdiu nescias: et si prouerbio credimus, quādiu uiuas. idem epistola qnquagesimaprima. Sed nec indurata despero, nihil est, quod non expugnet pertinax opera, et intēta, ac diligens cura. Hinc illud apud Platonem. Et mihi, inquit, uidetur, semper sic oportere aliquid discere eum hominem, qui philosophus futurus sit, siue iunior, siue senior sit, ut in uita quàm plurima discat. Hieronymus in Aureola. Cuidam fratri, inquit, qui hebræis crediderat, me in disciplinam dedi: ut post Quintiliani acumina, grauitatem Frontonis, Ciceronis Fluuios, et Lenitatem Plynij, alphabetum discerem: stridentiaque, et anhelantia uerba meditarer. Quid ibi laboris sumpserim? Quid sustinuerim difficultatis? Quoties desperauerim, et contentione discendi rursus increpauerim, testis est cōscientia tam mea, qui passus sum, quàm eorum, qui mecum duxerūt uitam. Et gratias ago domino, quòd de amaro semine literarū dulces fructus capio. Plato, inquit Quintilianus libro primo, non contētus disciplinis, quas præstare poterant Athenæ, nō Pythagoreorū, ad quos in Italiam nauigauit, Aegypti quoque, sacerdotes adijt, atque eorum arcana

Marginal notes: Quādiu in studijs liberalibus imorandum. — Seneca epistola. 77. — Quadiu discēdum. — Seneca epistola. 51. — Oia ptinaci cura uincūtur. — Plato. — Hieronym' — Quīti. li. 1.

perdidicit. Seneca epistola sexta: Ego uerò, inquit, cupio in te omnia transfundere: et in hoc gaudeo, aliquid discere, ut doceam. Nec me ulla res delectabit, licet eximia sit, cum mihi uni sciturus sum. Hinc Horatius in arte poetica. Seneca epistole sexta. Horatius in poetica.

Cur nescire pudet praue, quàm discere malo.

Dum adhuc, inquit Hieronymus, mobilis est ætas, et animus duci facilis, exercenda est boni consuetudo, et iugi meditatione seruanda. Optimi enim sunt primi anni ad institutionem morum. Habent, nescio quid molle, quod formari queat: et ipsa literarũ studia à teneris melius inseruntur mẽtibus: et quod tenerum est, citius in cunctis ferè diebus assuefit. Facile est, inquit Seneca, teneros adhuc animos cõponere. Hinc Ouidius. D. Hieron. Primi anni ad morũ institutionem optimi. Seneca. Teneri animi facile cõponuntur. Ouidius.

A teneris condiscitur annis.

Raró enim admittit disciplinã senectus: iuxta illud, Psitacus Senex nõ sentit ferulã: Et canis antiquus, ut inquit Gregorius, cathenæ assuefieri non potest. Virtutem Iuuenes, uirtutem, inquam, nõ gloriam, non gemmas, non aurũ amplexamini. Gloria enim non efficit beatum, aut felicem hominẽ. Gloria non est finis felicitatis, quam quærimus, cum sit Gloria res caduca: et itra breue temporis spaciũ flaccescat. Vnde meritò exclamauit Tragicus poeta. O doxa, o doxa, O gloria, o gloria quid aliud es, quàm aurium inflatiõ magna. Virtus est illa, ut ea duce nobis rectum finem, ac gloriam immortalem comparare possimus. Zenonem, scribit Cicero libro quarto de finibus, appellare beatã uitam eã solam, quæ cum uirtute degatur. Virtus non propter aliud expetĩtur, sed propter se, quæ se ipsa contenta, auhor est Cicero libro tertio Tusculanarum, Prudentiæ, inquit, quid respondebit dicenti, Virtutem se esse Psitacus senex nõ sẽtit ferulam Canis antiquus nõ assuefit cathenæ. Gregorius Gloria res caduca. Poeta Tragicus. Cicero lib. 4. de finib'. Beata vita. Ci. li. 3. tusc. Virtus se ipsa contenta

Silius li. 13 contentam. Vnde Silius libro. 13. Belli punici.

Ipsa quidem uirtus sibimet pulcherrima merces.

Claudian⁹. Quam sententiam mutuatus est his uersibus Claudianus poeta.

Non opis externæ cupiens, non indiga laudis,
Diuitijs animosa suis: immotaque nullis
Casibus, ex alta mortalia despicit arce.

Seneca epistola. 44. Animus facit nobilem. Virtutem Iuuenes excolamus, et ad eam acquirendam totis uiribus intendamus. Non facit, inquit Seneca epistola quadragesimaquarta, nobilem atriũ plenum imaginibus, animus facit nobilem. Ob nullam alienam, inquit Epictetus, excellẽtiã te efferas.

Epictetus

Hinc Vlysses contra Aiacem libro. xiij. Ouidij.

Oui. li. 13. Metamor. Non genus, et proauos, et quæ nõ fecimus ipsi.
Vix ea nostra puto.

Cicero in Sallustium. Satius est, inquit Cicero in Sallustium, meis gestis florere, quàm maiorum opinione niti: et ita uiuere, ut ego sim posteris meis nobilitatis initium, et uirtutis exemplum. Virtute enim duce, non diuitijs, non opulentijs nobis famam, et immortalitatem comparare debemus. Hinc Alexander ille Macẽdo, dicere solebat. Malle se disciplinis antecellere, quàm opulentijs. Discite Iuuenes literas, quæ in senectute uiscem uiatici exhibebunt. Hinc illa aurea Biantis sententia, qua filio suo ad ægyptios proficiscenti, rogãtique partem, quid nam agendo maximè sibi gratum faceret: Si uiaticum, inquit, ad senectutem cõparabis: Virtutem nimirum itelligens pro uiatico, author est Basilius libro de liberis educandis. Debent, inqt Aristotẽles, homines uiaticũ senectuti literarum eruditionem parare. Nam ut scribit Cicero in Catone Maiore, Aptissima sunt arma senectutis artes, exercitationesque uirtutũ: quæ in omni ætate cultæ, cum diu, multumque uixeris, mirificos affe-

Alexander Macẽdo.

Biantis sñia

Virtus ad senectutem uiaticum.

Basilius

Aristotẽles.

Cicero in Catone.

Senectutis arma.

runt fructus:non solum quia nunquam deserunt ne extremo quidem tempore ætatis, uerũ etiam quia conscientia bene actæ uitæ, multorumque benefactorum recordatio iocundissima est hæc ille. Non sinamus tempora, quæ nostra sunt, inania effluere. Esto, inquit Ambrosius, memor: ita æuum nostrũ properare, ut florum, et foliorum uita festinat. Aetate, inquit Tragicus poeta, fruere: mobili cursu fugit hoc, quod loquor. idẽ. Tanta est temporis celeritas, ut iam fugiat hoc tempus, quod tecũ loquor. Ego ipse, inquit Seneca libro epistolarum octauo, dum loquor, imminutari ista, immutatus sum. Virtutem amplexamini Iuuenes, hoc enim modo uere nobiles, uere generosi, uereque magno stemmate nati efficiemini. Vera bona amplexamini. Stilbon, capta urbe, amissis liberis, amissa uxore, ĩterrogãti Demetrio, Nunquid perdidisset. Omnia, inquit bona mea mecum sunt. Author est Seneca epistola undecima. Iustitia scilicet, ac uirtus, temperantia, prudentia: nihil enim bonum putabat, quod eripi possit. Bona illa sunt uera, ut idẽ scribit epistola septuagisima septima, quæ ratio dat solida, ac sempiterna: quæ cadere nõ possunt, nec decrescere quidem, aut minui. Cicero pro Deiotaro. Quid de uirtute eius dicã? quid de magnitudine animi? quid de grauitate, constantia? quæ omnes docti, atque sapientes sũma quidem, etiam sola bona esse dixerunt. idem in paradoxis. Neque ego unquam bona perdidisse dicam, si quis pecus, aut suppellectilem amiserit. Nec non sæpè laudabo sapientem illum Biantem, ut opinor, qui numeratur iter semptem sapientes. Cuius cum quidam patriam Prienem cœpisset hostis, cæterique ita fugerent, et multa de suis rebus asportarent, cum esset admonitus à quodam, ut idem ipse

Ambrosius

Tragicus poeta.

Tpis celeritas.

Seneca lib. 8. epistola.

Stilbonis dictum.

Bona mea mecũ sunt.

Seneca epi. undecima.

Vera bona

Seneca epi. lxxvii.

Cicero pro deiotaro

Cicero i paradoxis

Bias sapiẽs.

Oĩa mea mecũ porto.
Cicero ĩ paradoxis.
Bonũ verũ.

faceret. Ego, inquit, facio. Nam omnia mea mecũ porto. Ille hæc ludibria fortunæ, ne sua quidem putauit, quæ nos appellamus etiam bona. idem ibidẽ. Si quid rectè fit, et honeste, et cum uirtute, id bene fieri uere dicitur: et quod rectum, et honestum, et cum uirtute est, id solum opinor bonum hæc ille. Cæterum, (ut spero) qui iam per se ipsi intelligent, tã tam horum studiorum uoluptatem esse percipient, ut nostris adhortationibus minime egeant.

Finis.

Angeli Mariæ, Pischerij Brixiani, ad Lectorem.

Norunt Virgineum reges, duce sydere, partum:
Duxit Dardanium stella per arma Ducem.
Tu uerò Rosci bene olenteis quære recessus:
Qui tibi fert nitidas cæca per ora faces.
Inuenies frugem exigui, sed ditis agelli:
Quam tibi fronte offert, plura Libellus habet.

## ¶Leonardus Puteus, Venetus, Floriano Cedro- planio Bononiensi Bene agere.

CVm plerosque veterum, Romanorum maxime, ac Græcorum mores, institutaq; laudare soleo, tum illam præcipuam consuetudinem vtriusq; gentis probare non desino: Qua Poetas, ac Oratores, aliarumq; disciplinarũ sectatores cum alijs honoribus, tum statuis, ac imaginibus publice honestabant. Hoc enim exemplo duas illi res cõsequebantur. Vná, vt se gratos præberent: alteram uerò, ut iuuenes ad bonas disciplinas, arteisq; capessendas accẽderent. Quod si quibusdam in ciuitatibus adhuc seruaretur, illæ nimirum et præclaros ciues haberent, et opibus, ac gloria magis florerent. Nunc autẽ hoc nostro scilicet tam infelici seculo ut literarum studijs, ac bonis artibus nullus propemodũ habetur honos, ita ferè negligũtur uiri doctrina præcellentes. Vt uerò tecũ hanc nostrorũ tẽporum deplorarem iniuriam, monuere me Roscij nostri eruditæ lucubrationes. Quæ qdẽ eius generis, ac notæ mihi esse uidentᷣ, ut authori suo honores, ac pmia apud studiosos literaꝝ prĩcipes ɔciliare possint. Et cui nõ minus tota Italia debet, quàm Aristarcho Græcia. Quod si tu quoq;, illi⁹ viri plectis, et ɔsyderatis cõpositiõib⁹, idẽ mecũ senseris, tum ipse applausurus sum multò magis iudicio meo. Etenim is unus tu esse mihi uidẽris, qui non minus humanioribus studiis, quà philosophiæ disciplinis miꝝ in modum pcellas. Accedit Nestoreũ quoddá consilium, matura prudentia, norma moꝝ spectatissima, modestiæ singulare specimen, fidei experimentũ, ac sũmæ pbitatis cumulus: Natusq; agẽdũ semper aliqd dignũ uiro: Quæ oĩa ut paucissimis euenire solent, ita plurimos, immò omneis, qui te nouerint, in tui admirationẽ adducunt. Ego qdẽ, ac Roscius noster, cuius causa hanc ad te epistolá ut scriberem, cõmotus sum, ita erga te affecti sumus, ut quẽ colamus, admiremur, ac suspiciamus, planè habemus neminem. Ille sanè te tanti facit, tantiq; iudiciũ tuũ æstimat, ut q̃cũq; ad Grámaticen, ac Rhetoricen spectantia, quæ nõ pau-

ea sunt, hactenus elaborauit, putet nulli non placitura si uni modò tibi placuerint. Vt unus aūt ex iis hoībus, qui non sibi solis se natos esse existiment, nullū laborē, nullā sanè uigiliā recusare, solet, dum ad erudiendos, īformādosq; adolescentes, ad excolendā iuuenū mentem aliqd in cōmune afferre possit. Quod mihi nō inuita (ut aiunt) Mineru a, facere uidetur, quautum ex eius libello, quem de modo docendi, atq; studendi, ac de claris puerorum moribus nuperrimè composuit, colligere potui. Eum libellum ad te mittit Vitruuius, immò nomini tuo dicat, ac nuncupat: Vt qui de dignitate, ac tui nominis amplitudine sibi quidem præsidium, monumentis uerò suis immortalitatem fore confidat: quæ spes hominem de honestis artibus optime meritum ne fallat, te pro ueteri, ac coniunctissima nostra necessitudine etiam, atque etiam, quæso, et rogo. Vale.

Venetijs, ex ædibus Francisci Bindoni, et
Maphei Pasini, à Sotere nato.
M D XXXVIIII.